
THIS BOOK BELONGS TO
ST. MARY'S COLLEGE,
OSCOTT, BIRMINGHAM.

Press LXXII *Shelf* I *Number* 15





NICOLAI FRANCISCI HAYM
ROMANI,

THESAVRI BRITANNICI

SEV

MVSEVM NVMARIVM,

QVO CONTINENTVR
NVMI GRAECI ET LATINI,
OMNIS METALLI ET FORMAE,
NECDVM EDITI,
ab autore ipſo cælati.

INTERPRETE
ALOYSIO COMITE CRISTIANI,
MEDIOLANENSI.

VINDOBONÆ,
EX OFFICINA KRAVSIANA,
MDCCLXIII.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

140

https://archive.org/details/nicolaifrancisci01haym

Ne me accuſes, fecerunt alii, qui in hoc ampliſſimo ſcientiarum domicilio eadem, qua ego, felicitate cumulati, dum ſtudia ſua Auguſtæ clementiæ conſecrarent, aliquid ipſi ſcripſerunt, & duce claræ memoriæ Froelichio ſe in autorum faſtos inſeruerunt: horum ego præclara æmulaturus conſilia, Mediolanenſis regionis deſcriptionem hiſtoricis adnotationibus illuſtratam dare parabam, quo me trahebat & patris optimi, qui pro Auguſta hac in provincia plena cum poteſtate fuit, recordatio, & ſpes, documenta non pauca ex noviſſimis obſervationibus comparandi.

Sed animum ab hoc propoſito penitus abſterruit Cl. Khellius Froelichii ſucceſſor digniſſimus, atque meus in hiſtoria & re

antiquaria magiſter, quocum cogitationem meam initio labentis anni contuleram: quippe ille, laudato quidem conatu, majoris tamen otii eam rem eſſe adſeveravit. Et vere præter binas phyſicis prælectionibus deſtinatas horas, ſingulas ſibi hiſtoria, & architectonica abripiunt, alias linguarum peregrinarum, corporisque nobiles exercitationes ſibi vendicant quotidie, ut adeo neceſſarium ſcribendi tempus ad ſummas anguſtias redigatur.

Quid igitur? Theſaurum Britannicum Haymii propoſuit laudatus antea Khellius, en, ajens, librum quem Latine reddi jam pridem optaverat Frœlichius. *Itaque ego rei aſperitate, otii penuria, aliisque multis, & gravibus difficultatibus a primo impeditus, omnem animum in numarium opus, quamvis minime ea mihi mens ſit, ut inter antiquitatum rudera me aliquando ſepeliam, adplicui.*

Vt tamen aliquid de mea penu adjicerem, ſtatui quidquam promere ex iis notitiis, quas ſuperioribus annis in veterum monumentorum perſcrutatione hauſeram. Cum vero me dubium facerent & ipſa virium mearum infirmitas, & infinita pene rerum copia, quæ ab antiquario ſcriptore exigitur, animum firmavit Cl. Khellius, operamque ſuam, quacunque eam parte deſiderarem, ſeu in fontibus, unde philologica petenda materia, indicandis, ſeu in iis, quae longo ſolum uſu diſcuntur, communicandis, ſeu denique in dubiis, ſi quae forſan occurrerent, ſolvendis addixit humanitate ſingulari.

Etſi viri expertiſſimi, atque integerrimi incitatione roboratus minus vrebar me de quibusdam verbium numis necdum editis ſcribentem publicæ luci committere, quia tamen non ita mei ignarus vivo, ut neſciam, quantum id omne, quod conſcripſi a perfectione abſit, ſtudioſe cavi, ne Haymio ſcriptori eximio numos

mos alios, quos proferam, ejus de urbibus tractationi inſerendo, injuriam aliquam inferrem, ac proinde rem ita conſtitui, ut tenuis mea adpendicula ab illo, ſi diſplicuerit, nullo negotio ſeparari, abjicique poſſit.

Etenim Haymius autor eſt adeo adcuratus, ut vel hoc uno omnes fere antiquarios præcellere videatur: imaginum elegantiam, ſtylique cultum non ita ſectatur, quam ratiocinii ſoliditatem, & formarum cum numis ipſis ſimilitudinem. Ejuſdem vero pretium facile ex raritate colliges, quippe in urbe hac principe Theſaurum Britannicum, de quo loquimur, diligentiſſima inveſtigatione adhibita, non niſi in Cæſarea bibliotheca, in Garelliana Collegio Thereſiano adtributa, in Granelliana collegii Academici S. I. & in ea, quam Cl. Popovich Germanicæ linguæ hac in Univerſitate Profeſſor habet lectiſſimam, deprehendere potui: ſcripſit quoque Cl. Schlægerus Fridenſteinenſis Ducis Saxo-Gothani muſei, ac bibliothecæ præfectus, quo cum Cl. Khellius meum conſilium communicauerat, eundem in ipſa patria ſua (*Londini anno* 1719. *editus eſt*) tantæ eſſe raritatis, ut auro vendatur carius.

Hunc itaque librum tempore, & ſua pene excellentia extinctum, cum iam non niſi pretioſiſſimarum Europæ Bibliothecarum ornamentum facere ſoleat, reipublicæ literariæ non reſtituo ſolum, ſed ut plurium utilitati ſerviam, ex Italico in Latinum tranſtuli idioma, quo fere eruditi his in terris antiquariam pertractant. Hoc autem dum adgrederer, univerſum opus adtentius perſcrutatus, etſi variam, eamque ſolidam eruditionem per librum ſparſam invenirem, aliqua tamen e recentiorum obſervationibus aut illuſtranda ſolum, aut emendanda etiam animadverti: quare adjectis hinc & inde brevibus notis illud præſtiti, quod Haymium ipſum facturum fuiſſe non dubito ſi tempora haec viveret novis inventionibus plu-

rimum perpolita, quippe qui Tom. II. ſuos ipſe ab eruditis admonitus corrigit lapſus, doctosque etiam, atque etiam obteſtatur, ut idem agere non dedignentur.

Stylum quod adtinet meum, etſi ob juvenilem ætatem non ſatis deferbuerit, cum ipſo tamen Haymio tam religioſe interpretationem conſentire volui, quam Latina patitur lingua. Adtamen vocabula quædam ab antiquariis civitate donata, quamvis Græca verius, quam Latina, aut alia noſtra hac in arte technica omittenda non putavi, duces ſecutus Vaillantium, Begerum, Frœlichium, Khellium &c. Cur enim antiquariis prohibeatur, quod theologis, mathematicis, phyſicis, metaphyſicis &c. conceditur? Id tamen lectorem commonefactum volo: ne adverſæ, atque averſæ partis mentio cum tædio ſingulis pene lineis rediret, ſiglam)(nunc maxime uſitatam adhibui, & pro dextera d. pro ſiniſtra ſ. compendia iam recepta ſubſtitui. Numos quoque, ut lectorem ab incommodo paginas omni fere momento invertendi liberarem, conſultis eruditis, atque ipſius Haymii in Tom. II. exemplo, in tabulas congeſſi, quas tam diligenter optimus, quem hic habemus, chalcographus Mansfeld delineavit, exſcalpſitque, ut qui has cum Londinenſibus comparaverit, geminas dixerit. Interpretationem iam cum exemplari confer lector benevole, ſique aliquid in illa erratum, id ætati, & uſui minori benigne dato, ſin vero aliquid emendatum, fruere utiliter, meique memor

vale.





J. Mansfeld Sc

PROOEMIVM.

Cum finis mihi propoſitus neque ſit laudatio ſtudii numiſmatici, neque lectoris in hac arte inſtructio; plurimi enim, iique maxime eruditi hoc de literarum genere ſcripſere, in eo ſolum ſum, ut orbi antiquario, quid me ad hoc opus impulerit, quale initium fuerit, qualem continuandi methodum, quodnam demum univerſæ tractationi complementum imponendum apud animum conſtituerim, aliaque ad iſthoc argumentum pertinentia patefaciam.

Atque primum de incipiendi occaſione ſic habeto: Romam patriam meam, ut maxime pretioſos antiquitatum Græcarum, & Romanarum theſauros (præter hodiernæ magnificentiæ ſplendorem) adſervat, ita mihi cum lacte ſingularem quamdam indolem inſtillaſſe, quæ oculum a pueritia non niſi rebus majeſtate ſua grandibus adſueſecit: crevit hæc cum ætate propenſio, tantumque mihi antiquitatum amorem indidit, ut, cum a ſuperis ea pecuniarum vis conceſſa non eſſet, quæ ad has colligendas requiritur, conſilium ceperim commodo inde promanante parvo ſumtu perfruendi.

Dum Londini degebam, iis horis, quæ mihi a muſica, qua ex arte rem faciebam, vacabant, tenui ea, qua valeo, pictoriæ peritia ad delineandos ſingulari diligentia occurrentes forte numos uſus, ab ectypis, quam alias numi ipſi adferunt utilitatem, haurire conabar. Retulerunt lineata exempla, quæ eruditis amicis nonnunquam exhibueram, adprobationem non mediocrem; nec hic ſubſtiti, numos aliquos aqua forti in cupro exarare ſum adgreſſus, etſi neque ſcalpendi arte vel minimum tinctus eſſem, neque chalcographum ex in-

ſidiis

ſidiis obſervaſſem aliquando: agnovi ſimul, ubi cum diligentia negotium tractaveram, laborem fructu ſuo non cariturum.

Videbam præterea numariam ſcientiam ab omnibus Europæ populis ſummo haberi in pretio, quin jam ipſis Trajani cæſaris temporibus tanti æſtimatam, ut antiqua illuſtrium virorum ſigna (haud aliter, ac hodie cum illorum ſcalptis in moneta vultibus agitur) inter cimelia cum veneratione reponerentur teſte Suetonio in Auguſto: *Thurinum cognominatum, ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem, ferreis, ac pene jam exoleſcentibus literis hoc nomine inſcriptam: quæ dono a me principi data inter cubiculares colitur.* Hinc liquet Suetonium laudata hoc loco Auguſti imagine ita uſum, perinde ac nos numis ad emendandam, illuſtrandam, confirmandamque hiſtoriam uti ſolemus.

Atque hoc eſt illud illicium, quo numiſmata reges, principes, illuſtres, eruditoſque viros faſcinarunt, hinc profectum, ut a duobus abhinc ſæculis (cum Bembus, & Sadoletus eorum utilitatem primi detexiſſent) doctorum in his colli-

gendis voluptas nunquam exſatietur ; teſtantur hoc libri ingenti numero procuſi de iis numiſmatibus, quæ in cimeliis Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Hollandiæ, Belgii, atque aliarum regionum adſervantur. Anglia ſola antiquariorum diligentiam fugerat, ſeu potius theſauri in hoc felici Europæ angulo abſconditi nondum lucem publicam viderant.

Hæc me cogitatio impulit, ut celebriora Londinenſia gazophylacia ſcrutarer, ubi numorum vim bene magnam inveni, quorum alii non editi hactenus, imo ejuſmodi, de quibus, an unquam cuſi fuerint, ne ſuſpicio quidem oriri poterat, alii cum mendis adnotati infeliciſſime ; comitabatur hanc numariam ſupellectilem gemmarum copia antiqua manu eleganter imprimis inſculptarum, plures quoque protomæ marmoreæ, ex ære ſigilla, ſtatuæ deorum, ſarcophagi, inſcriptiones, & alia, quæ brevitatis ſtudio prætereo, quibus plurima volumina impleri poſſent, opusque non antiquariis modo, ſed & univerſæ literariæ reipublicæ utilisſimum effici. Non indigui hortatore alio, ut linearem picturam, ſcalpendorum, explananadorumque numorum, tum editionis curam non ſine gra-

viſſi-

viſſimo meo labore ſuſciperem. A numis exorſus totum opus THESAVRVM BRITANNICVM inſcripſi, quia non niſi antiqua hujus regni monumenta ad examen vocabuntur.

Aſt antequam curriculum hoc ingrederer, nihil agendum judicavi comite de Halifax, cujus obſequiis annuo ſtipendio adſtrictus eram, non conſulto, viro non genere ſolum & muneribus in aula regia præcipuis, ſed ſapientia, & ingenii acumine præſtantiſſimo, cujus judicio literatiſſimi quique ſua ſive poetica, ſive politica opera perſæpe ſubjiciebant. Huic non inani nomine artium Mæcenati ſubmiſſe, quod mente conceperam, ſimul declaravi: ut gloriæ ſuæ gentis erat ſtudioſiſſimus, futurum proſpiciens regni decus, meum conſilium non adprobavit modo, ſed & imperiis, & addicto liberaliſſime auxilio, protectioneque, dum opus compleretur, ad illud proſequendum excitavit. Verum invida mors paucos intra dies illum vita, me illuſtrem adeo patronum recuperandi ſpe privavit. Infortunium a me ut omnium maximum omni tempore deflendum! jacturam intolerabilem profecto, niſi favore ſuperum in domum, ac familiam ſapientiſſimi comitis de Carnarvon fuiſſem

admiſſus; ubi quamvis novi domini benignitas gratum non extinguat prioris deſiderium, tantis tamen quotidie perfruor beneficiis, ut nec poſteriora hæc ulla unquam deletura ſit oblivio.

Theſaurus Britannicus antiquitatum Græcarum, & Romanarum, in quatuor tribuetur partes, quibus muſei nomen indo.

Prima numaria monetas ex Anglicis cimeliis delectas continebit; atque ad tria non minimæ molis volumina, aut plura etiam excurret, quorum primum nunc editur, de quo infra pluribus.

Altera gemmaria antiquas cælo laboratas complectetur gemmas: hujus magnitudinem necdum definire poſſum, huc pertinente ſupellectile nondum adtentius excuſſa.

Tertia ſtatuaria exhibebit ſigna marmorea, ac ænea, protomas item antiquas.

Quarta, eademque poſtrema varia adpellabitur, proferetque pondera, anulos, inſtrumenta ſacrificiorum, lucernas, urnas, inſcriptiones,

alia-

aliaque; ex his vero ea ſolum adferam, quæ nondum typis data ſunt, imo ex his ipſis eligam præcipua, cum non operis molem, ſed literarium progreſſum, ac eruditionem ſpectem. Singula vero brevibus, adcuratis, atque ſingularibus notis illuſtrabo.

Ad muſeum numarium, quod nunc in lucem prodit, redeo. Singulæ partes a Græcis numiſmatibus incipient: regum ſcilicet, heroum, & populorum Græciæ: conſularia ſequentur, tum imperatorum Latina, & Græca anecdota a Julio cæſare ad Juſtinianum, & deinceps; ordo non alius erit, quam ad chronologiam exactus.

Ut autem ab hoc non diſcedam, ea mihi eſt neceſſitas impoſita, ut partem unam alterius faciam ſupplementum; nec enim ex omnibus numis continuam ſeriem ſtruere, uti deſiderabam, poteram, cum ob cimeliarchiorum copiam per Angliam diſperſam, tum etiam, quia, ſi eam rationem tenerem, ut ad eadem tempora nunquam redirem, omnes antea numos ſcalpere oportuiſſet, quod plurium annorum laborem requirebat; quamobrem primam hanc partem nonniſi multo

poſt

poſt tempore edere licuiſſet, quod flagitationibus & votis amicorum, eorumque, qui pro contributis a ſe liberaliter ſumtibus primam operis partem, velut factarum expenſarum fructum, diutius differri ægre tuliſſent, adverſaretur.

Si quis in ordine ita interrupto, ut eum neceſſitas extorſit, defectus, medebitur tertii voluminis catalogus, qui notatis paginis ſingula numiſmata ad annos ſuos revocabit. Etſi certus ſim ab æquis judicibus, qui in Anglia hoſpites non fuerint, mancum hunc aliqua ratione pertractandi modum cenſura omni abſolvendum. Nam præterquam, quod hæc cimeliarchia magno locorum intervallo diſtent, ab iis poſſidentur, qui ob negotiorum copiam, & graviſſimum momentum raro ita vacant, ut quæ ad ſcriptoris negotium faciunt, facile promere poſſint; quod & ipſis moleſtum accidit, & mihi perincommodum.

Major multo confuſio orta, ordoque chronologicus fuiſſet turbatior, ſi quodvis muſeum ſeorſum propoſuiſſem. Aſt, quid timeam? An non idem fecit eruditus Begerus in theſauro Brandeburgico? An non ille inſuper per tria ſua prægran-

grandis formæ volumina, gemmas, ſtatuas, numos permiſcuit? Etſi multo facilius ad exactum ordinem omnia redigere potuiſſet, cum duo tantum gazophylacia offerat, illud ſcilicet electoris Palatini, quod antea jam typis dederat, Brandeburgico ſubinde conjunctum. Multum diverſa eſt mea conditio, qui muſea omnia potentiſſimi, & maximi regni Anglici complector; Adplauſum tamen ab omni orbe literato fuit Begeri lucubrationibus, neque ullus, quod ſciam, in illius ordinem criticum dentem ſtrinxit.

Nec modus, quem in lineandis, & ſcalpendis numis tenui, ut mihi blandior, diſplicebit; non enim aliorum more, ut oculo placeant ſcita elegantia, ſed, ut archetypis quam ſimillima ſint ectypa, curavi; quin ipſam ſtudioſam negligentiam a ſcientibus antiquariis laudandam ſpero præterea.

Nunquam muſeum Arſchotanum, aut illud, in quo maximæ formæ numiſmata Galliarum regis deſcripta, atque collectiones plures alias intueor, quin doleam, me tam de metallo, quam de magnitudine, fabricæ ratione, conſervatione hærere

ſuſpenſum. Hinc fit, ut, cum ſeries æquali ſemper artificis ſcalpro exarata, interdum etiam capitibus non admodum ſimilibus oculis obverſatur, non plus inde condiſcam, quam ex imperfecto aliquo eorundem catalogo: atque, ut verum fatear, multo minori incommodo, majori vero cum utilitate pervolvo ſyllabos comitis Mediobarbi, ſcriptas doctoris Vaillant de urbibus Græce loquentibus, & coloniis tabulas, numorum reginæ Sueciæ, aliorumque indices, ubi nulla, aut pauca æri inciſa numismata comparent, quam libros quoscunque alios chalcographicis picturis illuſtres, ex quibus de nullo numo, niſi dubium, judicium ferre licet. Ne eadem laborarem febre, non ſolum monetalem fabricam, ut res ſinebat, expreſſi, verum etiam fiſſionum, æris alicubi adroſi, literarum mutilarum, aliorumve vitiorum ſincerum feci indicium, quæ quidem omnia, ut numo depicto elegantiam adimunt apud imperitos, ita hac in arte verſatos de illius ſinceritate edocent: rationem hanc ſcalpendi, ut uſus eſt maximi, ita a nemine hactenus ſuſceptam novi.

Ut fabulæ, quamvis amœnitate ſua delectent, in comparationem venire nunquam poſſunt cum uti-

utilitate, quæ ex hiſtoriæ veritate eruitur, ita tam æquos fore lectores ſpero, ut contemta multorum numariorum librorum elegantia, velut adſcititio fuco, meum commentarium, tanquam puram, & ſinceram hiſtoriam ſint adprobaturi, quæ, licet ingenii ſublimitate, & ornatu careat, fide tamen integerrima æſtimationem ſibi conciliat. Conniveri benigne velim minori cultui, quo infra alia videri poteſt opus præſens, adtamen grato animo ſuſcipi, quæ admetitur, bona. Si inſignis alicujus cælatoris uſus fuiſſem opera, meus hic liber eſſet unus de multis, nec meo conſilio reſponderet.

Ad capita quod adtinet, archetypis quam ſimillima effingere ſtudui teſtibus iis, qui lineatis picturis inſpectis pro ea, qua pollebant, numorum cognitione ſingulorum, quos referebant, nomina edicere non hæſitarunt. Id ipſum me permovit, ut ſeriem regum Syriæ e pluribus muſeis collectam æri inciderem; etenim numos cum typis Vaillantii comparans vix tria, quatuorve capita vultibus in ære ductis ſimilia inveneram. Fateor quidem perlibenter, nec me mihi ipſi horum regum effigies ſcalpenti ſatisfacere potuiſſe;

ea enim eſt fabricæ elegantia, ut de imitatione pene ſit deſperandum.

Non erit hic abs re lectorem monere, ne me immerito reprehendat, dum diſſimilia eorundem imperatorum capita in Græcis, & Latinis numis viderit; eo enim tempore artes in Græcia jam collabaſcebant; quare raro imperatorum numismata Græci commatis laboris elegantia ſe commendant. Quidquod eorum populorum monetarii inter ultimas curas habuerint, ut effigies in chalybe exaranda ad vultuum ductus, quam proxime adcederet. Hinc, ne mihi quis dicam impingat, velim, qui lineationem archetypo ad amuſſim adſtrinxi, atque, ut curioſitati aliquorum ſatisfacerem, ubi vultus in Græcis diſſimiles Romanæ fabricæ occurrerunt, caput imperatoris e Latinis depromtum adjunxi, ut cuivis Græcorum numismatum rudis facies ſit perſpecta, quæ alioquin ob eruditionem magis, quam cæli præſtantiam in pretio habenda.

Adnotationes, quas adſpergo, omni longe petita interpretatione carebunt; conſtitutum enim apud me eſt commentationes potius aliquas omit-

omittere, quam lectorem inanibus conjecturis fatigare, aut obruere etiam: in citandis autoribus perparcus eos tantum adferam, quibus rei veritatem comprobem, quin adfectatam eam eruditionem oſtentem, quæ ſæpenumero magis lectorem onerat, dum inſtruere cupimus maxime. Sententiam meam abſque omni hedera depromam relicta cuique libertate eam corrigendi, aut majori, quam a me factum ſit, eruditione, quod in numo reconditum fuerit, interpretandi; modicum enim lumen ſi diſquiſitionibus meis adſudero, adquieſco libens.

Dum tamen majoris momenti numus occurret, & huic in omnem partem verſando inhærebo diutius; ſecus fiet, ubi nomen aliquod, vocabulum, hiſtoria, &c. ab aliis declarata explicanda ſe objiciet, tum enim autorem, qui de his agit, indicabo, quin locum exſcribam; multo enim magis ad brevitatem ſupra laudati Vaillantii, quam ad profundam illam eruditionem, ac copiam celeberrimi baronis Spanhemii, Triſtani a S. Amantio, aliorum imitandam adlicior. Circa numos, in quorum explicatione mihi ipſi aqua hæſit, optimum judicavi, exactam eorundem deſcriptionem exhi-

bere, judicium eruditis relinquere, qui me ſibi obſtringent plurimum, ſi ſuas de numis a me deſtitutis opiniones, aut emendationes etiam eorum, quæ a me minus commode dicta fuerint, communicaverint; cum enim opus ex prælo typographico emerſerit, volumini ſeparato ea omnia, quæ typis digna videbuntur, velut alterius adpendices deſtino.

Meis obſervationibus permixtæ erunt eruditiſſimorum virorum animadverſiones, qui vel ſuos ipſi numos, vel alienos aliquos animi cauſa, atque meo etiam ſubſidio, adcuratione mirifica ſunt interpretati, ut de lectoris plena adprobatione non minus, quam de ſplendore libro adfuſo ſim certiſſimus.

Cum gloriam aliis debitam mihi temere arrogare nolim, ubique autorum nomina adſcribentur; quin felicitatem eam ſingularem libens profiteor, qua occaſione hujus operis amicitia mihi cum erudito domino Maſſon eſt conciliata, qui doctas adnotationes, quas per annos complures, & frequentia itinera in numos antiquos fecerat, ſumma benignitate mecum communicavit, atque cum

omnia

omnia Europæ muſea, & Angliæ præcipue perluſtraviſſet, in mea me ſententia omnino confirmavit: ex Anglicis cimeliis præ aliarum terrarum aliis multa rariſſimorum, nec hactenus editorum numiſmatum volumina concinnari poſſe.

Neque hic omittendum, plurimum auxilii mihi a domino Benedetti nobili Lucenſi adveniſſe, quod eo utilius mihi accidit, quo magis pervulgata eſt ejus hoc in literarum genere ſcientia: hunc ipſum primum ad hoc opus hortatorem habui, huic operis ſyſtema, aliaque, quæ ejus modeſtia ſilentio præterire cogit, in acceptis refero.

Methodum, qua in deſcribendo quovis numo utor, omnibus probatum iri ſpero; neque enim hucusque exactiorem adhibitam eſſe commemini. Nam præter magnitudinem, craſſitiem, metallum, cruſtam mineralem, quam vernicem dicimus, ſi quæ adeſt, fabricæ qualitatem, & aliquando pondus adjungo; neque taceo, ſi alicui eruditorum de hoc, illove numo ſuſpicio adulterationis ſuborta; de cujus tamen antiquitate, apud ceteros omnes convenerit, ſi unus contra ſenſerit, indulgebit, ut ejus opinionem, & rationes, quibus niti-

nititur, in publicum proferam. Igitur, ſi monetæ abſque hujuſmodi notis deprehendentur, argumentum erit, eas ab omnibus antiquariis, qui illas examinarunt, antiquitatis adprobationem retuliſſe. Utinam pro reipublicæ literariæ bono tam ſincera adcuratione uſi fuiſſent Strada, Triſtanus, Goltzius, alii! tum enim fidem adhibere poſſemus numis ab his viris deſcriptis, qui tamen, cum nullibi hactenus ſe obtulerint, merita ſuſpicionis nota inuruntur.

Supereſt ut dicam, quosnam numos publici juris faciam, & quam rationem eos e muſeis variis ſeligendi tenuerim. Inprimis eos exhibebo, qui ab aliis hactenus non editi neque in indice comitis Mediobarbi, neque in numis familiarum, coloniarum, urbium Græce loquentium, in hiſtoria Ptolemæorum, aut Seleucidarum Vaillantii continentur; hi enim maxime generales, & completi indices. Numos hos æri inciſos deſcribo fuſius, ſi aliquid commemoratione dignum objiciunt, ſecus in indicio ſolo adquieſco ſervata ſub imperatoribus ſerie chronologica, ut pro ſupplemento laudatis indicibus ſervire poſſint, ſi fors prælum ſubirent iterum. Deinde numiſmata, quorum

rum pauci mentionem fecere, ſi capitum effigies numis non conveniunt, vel ſi partes averſæ imperfectæ, vel denique, ſi ego alterius ſum ſententiæ, ac, qui de his ſcripſere, autores, eodem modo pertracto.

Denique numos non paucos adjungo, qui nota incuſa, Italis *contramarca*, ſignati ſunt, ut comparatione inter plures inſtituta ad eorum ſignorum probabilem cognitionem perveniri poſſit aliquando. Ubi numus rariſſimus occurret a temporis injuriis optime conſervatus, quique eruditionis aliquid contineat, jam catalogo cuidam inſcriptus, a me tamen in ære reſtituetur, ut eruditis adcuratius repræſentatus offeratur, id quod ea agetur parſimonia, quæ ultra quam libri exornatio exigat, non progredietur.

Scalpentur præterea Punici, Hetruſci, Phœnicii, Perſici &c. etſi, quid contineant, ignoremus hactenus; digni enim memoria videntur, utpote illorum temporum monumenta, quæ veneramur maxime, præſertim cum non ſint adeo multi, ut eruditus lector rebus ignotis, & proinde utilitatis exiguæ ſibi otium melius collocandum

C eripi

eripi quiritari poſſit. Atque hæc ſunt, quæ in procœmio dicenda videbantur. Illud unum addam, feliciſſimum me ſemper exiſtimaturum, cui potiſſimum ea cum animi propenſione in Anglia vivere licuit, quæ campum mihi aperuit, tam pretioſis antiquitatis monumentis adjuto, literatis omnibus, obſequium mira voluptate conditum, præſtandi.

Lingua uſus ſum Italica, tum, quod ea utpote cum lacte hauſta ſententiam meam nitidius me explicaturum vidi, cum, quod & omnes fere, qui in re numismatica verſantur, ejus periti eſſe ſolent.

Alia complura, Deo favente, juris publici faciam, quæ otio, & experientia aucta præmorſos magis ungues ſapiant, ubi haſce ſchedas literatis probatas eſſe intellexero, atque Angliæ præcipue; hujus enim non commodis ſolum, ſed gloriæ, ut ſervirem, ſuſcepti difficillimi hujus laboris ſcopus erat, ad cujus perſecutionem nulla a me diligentia deſiderabitur.

LECTO-

LECTORI.

Non alienum videtur de aliquibus, ut in mentem mihi veniunt, curioſum lectorem commonere, quæ tum ad hoc, tum ad ſubſequentia muſei numarii volumina pertinent.

Primum capitum cum autotypis ſimilitudinem, præſertim in numis majoris momenti a te adprobandam ſpero; his enim major, ut res merebatur, diligentia eſt impenſa: neque aliud eſt, in quo adtentionem tuam magis defigi cupiam.

Deinde non reprehendes, puto, me numos, ut ita loquar, vulgares adnotaſſe; non enim raros ſolum me adlaturum promiſi, ſed nondum editos, & eos, quibus aliquam lucem adfundendi ſe dabat occaſio. An enim omittendus numus, qui eruditione, quam

continet, hiſtoriam illuſtrat, quia in pluribus muſeis invenitur? Eosne tantum commemorem, qui vel ingentis pretii, vel unici ſunt, licet minimus inde fructus hauriri poſſit? Iis hunc delectum libens relinquo, qui vilem numorum mercatum exercent, hæc antiquitatis monumenta illa duntaxat libra æſtimant, qua hodierna inde facta pecunia eorum crumenas diſtendit, quod me adtinet, ea ſolum admirabor numiſmata, a quorum contemplatione doctior redeo. Quid vero? protritos quis eos dicere auſit numos, qui ab iis non adnotantur, qui tantam eorum copiam ingenti labore ex omnibus Europæ muſeis, atque libris hoc de argumento editis collegerunt, ut eos, quibus fruimur, indices componerent? Si vulgares iſti, cedo, quinam rari? Aſt majoris tuam Lector benevole facio prudentiam, quam, ut iſtiusmodi a te metuam cenſuram.

Illud habe præterea: ſi præſens liber tuam expectationem impleverit, jucundiorem multo fore alterum, qui fere totus numis Ducis de Devonshire ſuperbiet, cujus collectio hodie inter præcipuas, & maxime locupletes eſt Angliæ, & ne plura dicam, talem eam eſſe ex illis, quos in lucem prodam, judicabis ipſe; hac enim parte nonniſi horum aliquos, qui ad rem faciunt, delibavi.

Nec

Nec ex celebri muſeo Comitis de Pembrock, niſi aliquos hinc inde ſparſos, videbis, tum, quia vir nobiliſſimus ruri hæſit, cum, quia de illius collectione ſeorſum edenda cogitatur.

Nihil jam video, unde editionis adparandæ conſilium a te reprehendi poſſet; quod enim ad paſcendam præclararum rerum avidam mentem ex ingenii mei imbecillitate jejunum forſan habebunt adnotationes factæ, a varietate imaginum, cupro ad inſignium numorum exemplar inciſarum, omni pene pagina occurrentium, abunde compenſabitur.

NOTITIA
PONDERVM AURI, ET ARGENTI,
QUÆ IN ITALIA ET ANGLIA USUM HABENT.

Cum aliquibus numis pondus adſcripſerim, eam laterculi hujus neceſſitatem vidi, ut ſine hoc aliqua obſcuritas libris meis hæreret.

Tam auri, quam argenti ratio in Italia hæc eſt: ut marca 8. uncias, uncia 24. caratia, caratium 24. grana contineat.

In Anglia vero uncia 20. penny-weights, & penny-weight 24. grana complectitur.

Marca Italiæ 8. unciarum æquatur 7. unciis, & $\frac{5}{8}$ Anglicis, quas adpellant troy-weight.

Italicæ 8. unciæ conſtant 4608. granis, quæ æquantur 3660. granis Angliæ: grana ergo Anglica, ut patet, majora ſunt Italicis.

Obtinente hoc diſcrimine uncia Italica æquatur 457$\frac{1}{2}$ granis Anglicis, hæc vero reſpondent 576. granis Italicis, valori nempe unius unciæ: differentia ergo unciarum eſt 118$\frac{1}{2}$ granorum; atque hæc de ponderibus dixiſſe ſufficiat.

DE

DE SIGNIS ET NOTIS,

QUÆ AD SCALPTAS NUMORUM IMAGINES HUJUS OPERIS ADHIBENTUR.

Literæ conjunctæ metallum deſignant, ſcilicet AE. æs, AR. argentum, AV. aurum, PL. plumbum, Q. AR. quinarium argenteum, Q. AV. quinarium aureum &c.


Reliquæ literæ ſolæ, ut A, B, C, D, E, F, G, H, I. ad ſequentem orbiculorum ſeriem, quæ magnitudinem numi indicat, referuntur, qua norma uſus eſt Agoſtini interpres Italicus, aliique multi; imo modum huncce, etſi adcuratiorem, etiam perficio; nam ſi moneta orbiculo paullo minor, vel paullo major, id quoque adnoto, ut ne de minima quidem negligentia reprehendi poſſim. Hinc ubi inveneris notam ¹ ſignatam, ſcies numum quartam partem orbiculi A ſolum æquare, ſimili modo, ½ ſemidiametrum τȣ A notabit; ubi vero adpoſitum A½, aut A¼; B½, B¼; C½, C¼; &c. intelliges numum excedere magnitudinem orbiculi ea litera deſignati dimidia, vel quarta parte diſtantiæ hujus a ſequente circulo majore. Numi, qui his literis carent, pro numismatibus

maxi-

maximæ formæ argenteis, aut æneis habendi ſunt; hæc enim juxta veram ex ipſius numi interiori, qui maxime typo vicinus eſt, circulo deſumtam magnitudinem delineavi.

SERIES ORBICULORUM,

QUI MAGNITUDINEM NUMI JUXTA LITERAS ADJUNCTAS DESIGNANT.



REGES

REGES SYRIÆ.

Cum in cimeliis Angliæ plures regum Syriæ numos in libro D. Vaillant Pariſiis anno 1681. edito non adnotatos invenerim, ab iiſdem hoc meum volumen exordiri operæ pretium judicavi; his alios adjeci ibi quidem indicatos, vel quia vultuum ductus cum numis a me viſis chalcographi culpa non conveniunt, vel quia in his paullum diverſa eſt typi ratio. Cumque laudatus autor hiſtoriam hanc difficultatibus obſeptam primus in lucem protulerit, neque alter, quod ſciam, eam niſi obiter, ſit perſecutus, minime grave futurum erudito orbi exiſtimabam, ſi meis cum obſervationibus perbreve ejusdem hiſtoriæ compendium uno velut miſſu produxero.

SELEUCUS I. ΝΙΚΑΤΩΡ.

Numi hujus regis rari.

Seleucus I. eximiæ fortitudinis princeps ducem Alexandrum M. ſecutus eſt: duodecim annis poſt ejus mor- *Appian. Syr. Juſtin. lib. 5.*

 tem

tem regni Syriaci fundamenta jecit Olympiade CXVII., anno ante Chriſtum 312. Tantæ fuit indulgentiæ, ut cum ex Eraſiſtrato medico intellexiſſet, Antiochi filii morbum ex amore in Stratonicen novercam, & Seleuci ſecundam uxorem promanare, filio cum uxore regnum ceſſerit. Ab exercitu propterea (teſte Appiano Alexandrino, qui rem fuſius perſequitur) Seleucus rex maximus, pater optimus, dignusque Alexandri ſucceſſor additis aliis ſummis encomiis eſt adpellatus. Superato Helleſponto Lyſimachiæ a Ptolemæo Cerauno, quem in comitatu habebat, quemque paullo ante patris indignationi ereptum ſervaverat, ſumma cum ingrati animi labe anno ætatis ſuæ 73. regni vero 30. e medio eſt ſublatus.

TABVLA I.

D. Sadler.

Caput laureatum Seleuci Apollinem repræſentans)(Pallas ſtans d. telum vibrat, s. clypeum tenet. Hic numus exquiſitæ fabricæ optime conſervatus eſt. *Tab. I. N.* 1.

Ejusdem eſt poſſeſſoris, neque a primo differt, quam quod ſub Palladis clypeo anchora major conſpiciatur: utriusque epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Regis Seleuci.* Uterque raritate laudandus. *Tab. I. N.* 2.

Minime mirum Seleucum ſub Apollinis effigie referri, cum Juſtinus *Lib. XV. cap.* 4. ſic habeat: *Hujus quoque* (Seleuci) *& virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater ejus Laudice, cum nupta eſſet Antiocho claro inter*

Phi-

Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiſſe, gravidamque factam, munus concubitus, anulum a deo accepiſſe, in cujus gemma anchora ſculpta eſſet, juſſaque donum filio, quem peperiſſet, dare. Admirabilem fecit hunc viſum & anulus, qui poſtera die ejusdem ſculpturæ in lecto inventus eſt, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipſo parvulo fuit . . . . . Ubi poſt mortem Alexandri occupato regno Orientis urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam conſecravit. Nam & urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis ejus argumentum etiam in poſteris manſit. Siquidem filii, nepoteſque ejus anchoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere. Eandem de anulo hiſtoriam Appianus Alexandrinus habet, ſed uti aliquantum diverſam, ita veriſimiliorem.

Pallas telum vibrans in averſa numen tutelare eſt, atque victorias Seleuci indicat, a quibus Nicatoris, ſeu *victoris* cognomen tulit.

D. Sadler.

Caput alatum Seleuci pelle Leonis tectum. (*& diadematum, quod omiſit Haymius*) (Bos cornupeta : epigraphe eadem: numus & ſcalpri elegantia, & conſervationis nitore præſtans. *Tab. I. N.* 3.

Idem numus a Vaillantio æri inciſus *pag.* 37. exhibitus explicatur ; eum tamen, ut quam ſimilis ſit, videatur, referendum hic cenſui.

Numus quartus eſt Excel. Ducis de Devonſhire priori, ſi exuvias leonis demas, ſimilis; ſeniorem tamen repræſentat Seleucum. *Tab. I. N.* 4.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput cornutum, & diadematum Seleucum I. licet diverſo non nihil vultu, forſan ætate majorem, referens.)(Caput equi iisdem tauri cornibus inſigne, fræno hodiernis ſimili per collum defluente: eadem epigraphe. Singularis hic aureus numus grana Anglica 131. adpendens mediocrem fabricam optima conſervatione compenſat. *Tab. I. N.* 5.

Seleuco I. hunc adtribuo Appiani Alexandrini autoritate adductus; hic enim narrat: eum primo Babyloniæ ſatrapam, dein regem creatum, & quia plurimis victoriis ingentem felicitatem conſecutus erat, Nicatorem dictum (a) niſi veriſimilius id nomen traxit, aut ab interfecto Nicatore

(a) Videtur Haymius Græcum Appianum aut non inſpexiſſe, aut invita ſententia in rem ſuam detorſiſſe, ita ille *in Syr. edit. Henrici Stephani p.* 124. Γενομένῳ δέ αὐτῷ τὰ ἐς πολέμους ἐπιτυχεστάτῳ Νικάτωρ ἐπώνυμον γίνεται. Τῷ δε γὰρ ἀρέσκομαι μᾶλλον τοῦ Νικάτορα κτεῖναι. Quod non tam Stephano præeunte, quam grammatica cogente ita reddendum: *Feliciſſimo in expeditionibus bellicis cognomen Nicatoris datum: hanc enim præ illa cæſi Nicatoris occaſionem magis probo;* tum vero nova conſtructione ſequitur: Καὶ τῷ σώματι ὄντι ἐυρωστῷ κ. τ. λ. *Et cum corpore eſſet robuſto &c.*, quæ tamen narrata tauri retentione ita concluditur: Προστιθέασι ἐς τοὺς ἀνδριάντας ἐπὶ τῷδε κέρατα; *addiderunt ſtatuis* ἐπὶ τῷδε PROPTEREA *cornua*, quæ, niſi Appiano male fiat, nihil ad titulum Nicatoris.

re, aut denique a robore corporis, quo tantum valebat, ut taurum e ſacrificio Alexandri fugientem manibus retinuerit, quod ejus ſtatuæ tauri cornibus minaces confirmant; clarius Suidas explicat: *a Seleuco tradunt, cum Alexandrum immolantem taurus effugiſſet, beſtiam cornibus prehenſam eſſe retractam: eaque de cauſa capiti ſtatuæ ejus addi cornua.*

De averſa ſententiam ferendam eruditis libens permitto. (b).

Equitis Roberti Abdy.

Caput galeatum forſan Alexandri.)(Victoria alata d. lauream, ſ. palmam geſtat: ſub laurea anchora major: epigraphe eadem. Numus & artificem, & tempus ceterum edax plurimum commendat.

Alter ſimilis, quem inter alia D. Wren numismata videram, monogramma habet in margine adſtitutum. *Tab. I. N. 6.*

Propoſiti numi Nicatoris titulum Seleuco confirmare videntur; arbitror enim eum caput Alexandri tanquam tutelare victoriarum ſuarum numen ſignari imperaſſe; ab ejus enim nomine, teſte Appiano, nonnullas urbes a ſe conditas ut gratum animum oſtenderet, adpellavit Alexandrias. Anchoræ ſuperius jam facta mentio.

(b) Hanc poſticam de ſingulari equitatus robore explicuit celeberrimus Eraſmus Froelichius S. J. in Annalibus Regum Syriæ.

D. Sadler.

Caput Apollinis laureatum.)(Apollo ſtans d. ſagittam tenet, ſ. tripodi incumbit: epigraphe eadem. Litera Δ. ante Apollinem urbem Delphos Parnaſſo vicinam forſan deſignat; in ea enim hic deus templo præcipuo cultus oracula reddebat, ut refert Plinius: *Liberum oppidum Delphi ſub monte Parnaſſo clariſſimum in terris oraculo Apollinis &c.* Huc forſan Seleucus dona miſerat deo, quem pro patre habebat: niſi cum Vaillantio dicere volumus, τὸ Δ. in numis regum Syriæ Damaſcenam fabricam deſignare. Numus hic denticulatus, ut eos adpellare ſolemus, omni vitio caret. *Tab. I. N.* 7.

Alium ſimilem poſſidet eques Abdy, ſed loco monogrammatis in adverſa parte adſunt N, & E conjuncta, ut in margine conſpicitur.

Hi numi paſſim in muſeis ſe offerunt.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Jovis laureatum, ſub quo ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Seleuci.*)(Aquila cum fulmine intra ungues: epigraphe literis per aream ſparſis: ΓΕΡΜΗΝΩΝ. (c) Numus optime conſer-

(c) Lapſum Haymii dedocuit Froelichius *Ann. Reg. Syr. p.* 21. *edit* 1750. A Marchione Napoli, eidem ſubmiſſus delineatus geminus numus ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. inſcribitur. Immo Haymius ipſe errorem ſuum obſervavit ex numo D. Sherard, & in proœmio T. II. emendavit. Quare & ſubjecta de Germe narratio eva-

ſervatus orbiculum C. paullulum exſuperat. *Tab. I. N.* 8.

De Germe, ſeu Germino ita Stephanus Byzantinus: *Germæ oppidum Helleſpontiæ Cyzicum, quod Herodianus Aſiæ attribuit.* Alia quoque ejuſdem nominis urbs in Galatia prope Peſſinuntem, dein colonia Romana. Ex Appiano eruimus ſub finem vitæ Seleuci hunc numum percuſſum: hic enim ultimum Seleuci bellum, quo Lyſimachus victus eſt, ad Phrygiam Hellesponto vicinam geſtum narrat, indeque eum Lyſimachiam veniſſe, ubi, ut commemoravimus, a Ptolemæo Cerauno eſt occiſus: hinc probabilius videtur numum Germæ ad Cyzicum percuſſum fuiſſe.

Equitis Abdy.

Caput Apollinis laureatum, & concinne comatum)(Bos cum epigraphe ſuperiore. Numus fabricæ & conſervationis optimæ. *Tab. I. N.* 9.

In numis regum Syriæ Apollo ab iis ob cauſam ſuperius in explicatione primi numi adlatam cultus conſpicitur: nec bos ab Apolline alienus; hoc enim animal, teſte Pauſania, ut ab eodem deo amatum maxime, ita gratiſſima illi erat

evaneſcit. Id hic moneo, ne viri adcuratiſſimi famæ aliquid detrahatur, qui numum optime conſervatum adſeruit; etſi enim hujusmodi laus cum literarum in numo ordine poſitarum lacuna aliqua peſſime conveniat, ubi tamen literæ per aream ſolæ vagantur, fieri potuiſſe, ut duæ fugerent, nemo antiquarius negaverit.

erat victima. Hinc Caryſtii, aliique Græciæ populi æneum ei dedicarunt: Ægyptii, ut Diodorus *parte II. lib. I.* teſtatur, bovem tanquam ſymbolum Oſiridis, ſeu ſolis venerati Apim dixerunt, quod bovem eorum lingua ſonat. (d)

Equitis Roberti Abdy.

Caput Apollinis laureatum.)(Bos dimidius procumbens: epigraphe eadem. Monetarii manus prioribus multo inferior. *Tab. I. N.* 10.

Bos procumbens ſacrificium aliquod Apollini factum juxta dicta refert.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Apollinis.)(Bos cernuus: epigraphe eadem præter literas ET. *Tab. I. N.* 11.

Apollinis, & bovis ſuperius meminimus.

TABVLA.

(d) Apin lingua Ægyptiorum *judicem* deſignare inter eruditos hodie convenit, unde Sarapis, *judex*, *qui punit*, nec Diodorus indicato loco pag. 76. edit. Wechel. aliud ſcribit, quam: Προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις τὰ λειπόμενα τῶν γενομένων περὶ τὸν ἱερὸν ταῦρον τὸν ὀνομαζόμενον Απιν. *Dictis addenda reliqua, quæ circa ſacrum taurum, quem Apin adpellant, fieri ſolebant.*


1
C
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
Æ
2
C
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
Æ
4
3
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
5
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
6
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
7
D
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Δ
Æ
8
C
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΕΡ
Γ
ΜΗΝΩΝ
Æ
9
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
10
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
11
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΕΥ.
Æ

TABULA II.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Bacchi)(Tripus: epigraphe eadem. Fabrica rudis. *Tab. II. N. I.*

Cultus Bacchi magni a regibus Syriæ habebatur, uti ex Macchabæorum *lib. II.* & ex numis eruitur. Tripus Apollinis ſymbolum.

Excell. Ducis de Devonshire.

Priori ferme ſimilis excepto capitis ornatu. Fabrica ad mediocrem elegantiam adcedit. Ex una præterea parte averſæ literæ E Y. conſpiciuntur. *Tab. II. N.* 2.

Equitis Roberti Abdy.

Caput muliebre ſingulari ornatu)(Diana ſtans s. haſtam, præ pedibus cervus gradiens: epigraphe eadem. Denticulatus hic bene conſervatus, os nonnihil adroſum ſi excipias, ut in ipſa imagine adparet: ceterum mediocris manus. *Tab. II. N.* 3.

Caput Apames filiæ Artabazi videtur, quæ prima Seleuci Nicatoris uxor, & Antiochi I. mater fuit: dearum nulli ornatus capitis convenit: ecquis negaverit Seleucidas uxorum capita in numis absque earum nomine ſignaſſe, cum id ab eis, uti etiam a Ptolemæis Ægypti regibus, non ſemel factum ſciamus. Ita ſupereſt numus Ptolemæi I., in *Appian. & Vaillant. p. 18.*

E cujus

cujus averſa caput Berenices uxoris (juxta Vaillantium, Caninium, alioſque multos) cum ſola epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Item Cleopatræ caput proboſcide elephantis tectum, in cujus averſa aquila unguibus fulmen tenet, cum epigraphe non alia quam: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Hoc ipſo in opere videbimus caput Cleopatræ uxoris Alexandri I. pariter elephantis exuviis tectum cum ſola inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Certum tamen eſt, eandem hanc eſſe Cleopatram, cum idem caput Alexandro conjugi adjunctum habeatur in numis apud Vaillantium *p.* 255. Hinc facile conficitur, numum non immerito a nobis Apame Seleuci I. uxori adtribui, in cujus honorem urbes tres, unam in Phrygia, in Syria alteram, tertiam in Media, de ejus nomine Apameas dictas, rex idem condidit.

Diana caſtitatis ſymbolum eſt: hinc Dianam venationi adcinctam in averſa poſitam arbitror ad denotandam eam virtutem, quæ uti in feminis ſit maximi, ita ab Apamea ſumma ſolicitudine colebatur.

ANTIOCHUS I. ΣΩΤΗΡ.

Regis hujus numi obvii. (e)

Antiochus I. Seleuci filius amore Stratonices novercæ correptus eam a paterna benignitate uxorem obtinuit. Patri

(e) Liberalior eſt Haymius, nam præterquam quod ii, qui titulum ΣΩΤΗΡΟΣ. præferunt, ſint rariſſimi, alii aliqui ſuo pretio non deſtituuntur, ut ille, quem Tab. II. N. 6. exhibet.

tri ſucceſſit Olymp. CXXIV. anno A. X. 282., æræ Seleucidarum 31. Galatas, qui ex Europa Aſiam invaſerant, repulit. Regnavit annis 20.

D. Sadler.

Caput Antiochi I. diadematum.)(Apollo nudus d. telum tenet, ſ. arcum, cui incumbit: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Regis Antiochi.* Fabrica optime conſervata excellentem artificem prodit. *Tab. II. N.* 4.

De Apolline ſuperius facta mentio.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Apollinis laureatum.)(Apollo nudus ſedens d. telum ſtringit, ſ. lyræ incumbit: epigraphe eadem. Numus a conſervatione pretium habet. Idem eques numum alium poſſidet, in quo Apollo non lyræ, ſed arcui ſiniſtra innititur. *Tab. II. N.* 5.

Altum apud Vaillantium ſilentium de illo ſedilis genere, cui Apollo inſidet, quod non in hoc ſolum, ſed in pluribus Syriacis numis occurrit: hujus meminit Agoſtini Italus interpres *p.* 156. & poſt D. Schott in nova, & erudita explicatione apotheſeos Homeri, cujus ego gravibus optimisque argumentis adducor, ut illud eſſe putem, quod latini *cortinam* dixere, qua tripus in ſacrificiis hujus numinis tegebatur, cuique ſacerdos Pythia inſidebat: qui hanc materiam penitus cognoſcere deſiderat, laudatum librum conſulat.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput galeatum illi non abſimile, quod Tab. I. N. 6. depinxi ſub Seleuco I., forſan Alexandri M., cum ſigno incuſo M., vel Σ.)(Victoria ſtans (f) adtollit lauream: epigraphe eadem cum litera M operis admodum prominentis, cui ſignum incuſum anchoram continens inſiſtit. De bona fabrica aliquid ætas detraxit. *Tab. II. N.* 6.

Si caput Alexandri M. eſt (niſi Palladi quis tribuat) probabile videtur, filium ad exemplum parentis gratum in tanti principis memoriam animum hoc typo oſtendere voluiſſe.

Victoria poſticæ ad devictos Galatas ab Antiocho referri poteſt, de quibus inferius plura.

Equitis Roberti Abdy.

Scutum rotundum, in cujus medio anchora.)(Elephas cum ſuperiori epigraphe: optimo procuſus typario omni vitio caret. *Tab. II. N.* 7.

Scutum, quod Macedonicum videtur, originem regum Syriæ e Macedonia ductam indicat: anchora vero in hoc, aliisque præcedentibus numis eo conſilio, ut ego quidem arbitror, ab Antiocho percuſſa videtur, ut populis in memoriam genus ſuum revocaret, de quo ſatis diſſeruimus, dum de Seleuco I. ageremus.

De

(f) Gradientem, aut genu flexuram mallem.

De elephante averſæ Lucianus de Zeuxe, vel Antiocho narrans ita fere habet: Antiochus Soter in prælio cum Galatis viſo eorum ingenti numero, acieque optime inſtructa, qua ad pugnam progrediebantur, omni victoriæ ſpe abjecta pedem jam jam referre, aut iniquas pacis conditiones inire parabat, cum ducum aliquis victoriam ei certam promittens in adpropinquantem hoſtilem equitem, ac peditem, ut falcatis curribus ſpatium eſſet, laxis ordinibus diviſum opportune adeo cum elephantibus, hactenus ad augendum terrorem poſt cohortes abſconditis, irrupit, ut deterritus cum curribus equitatus pedeſtres quoque ordines ingenti ipſorum Galatarum ſtrage edita turbaverit Cum vero Macedones adclamationibus Antiocho victori gratularentur: an non pudeat nos: inquiebat ille: eam jactare victoriam, quam fortunæ magis, quam veſtræ fortitudini debemus? Neque trophæo aliud quid, quam elephantem, inſculpi eſt paſſus. Hæc Luciani narratio, ut cauſam percuſſi numi aperte oſtendit, ita ſententiam noſtram, qua eum Antiocho I. tribuimus, confirmat mirifice.

Equitis Roberti Abdy.

Caput muliebre.)(Elephas cum ſuperiore inſcriptione. Rudis admodum ſcalptoris manus eſt. *Tab. II. N.* 8.

Cum caput ſenilem vultum referens dearum alicui convenire vix poſſit, qualis de eo ſententia ferenda ſit, ignoro; niſi divinare velimus Antiochum ſignaſſe caput Laodices Seleuci I. matris, quæ ſe ex Apolline, ut monuimus, concepiſſe, & Syriæ reges dediſſe jactabat. Quare Antio-

 chus

chus fortaſſis pietate in majores ſuos adductus numum Tab. II. 5. in Apollinis, hunc vero in Laodices parentum honorem percuſſit, ut ſubjectis populis prima generis ſui exordia a diis deſumenda oſtenderet. — Elephantis jam alias meminimus.

D. Sadler.

Caput muliebre velatum, forſan Stratonices Antiochi I., ut diximus, uxoris) (Elephas cum tripode, & ſuperiori epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Numus hic denticulatus optime conſervatus, & ab excellenti artifice eſt exſculptus. *Tab. II. N. 9.*

Vaillantius pag. 44. *Stratonice uxor ejus poſt mortem a Smyrnenſibus conſecrata eſt, deaque cognominata delubro ab eis addito, & fano illi ſub nomine Veneris Stratonicidis ex oraculo Apollinis conſecrato, cui jus aſyli, totique urbi conceſſum eſt a Seleuco II. ejus nepote.* In rem præſentem multum faciet lectio Luciani tractatu de dea Syria, in quo multa de Stratonice, ejuſque conjuge Antiocho enarrantur: uti lepidum illud Combabi facinus, quo ſe ipſum exſecuit, ne regi vel minima adulterii cum regina ſuſpicio ſuboriri poſſet, eo tempore, quo illam in urbem ſacram, ſeu Hierapolin ad Euphratem ſitam comitabatur, ubi Stratonice Junoni Aſſyriæ templum extruere parabat: hæc adjectis multis aliis refert, quæ licet ad rem noſtram non conferant, ſcitu tamen nequaquam ſunt indigna; neque operam perdet, qui Plutarchum de vita Demetrii, & Appianum Alexandrinum de bello Syriaco pervolverit.

Caput

Caput elephantis, & tripus in poſtica, meo quidem judicio, ſacrificium ab Antiocho inſtitutum ob victoriam eo, quo dictum, modo de Galatis relatam indicat.

In muſeo equitis Abdy duo huic pene ſimiles numi adſervantur, quorum alter unico ſub nomine ANTIOXOT. poſito K. diſcrepat, alter autem poſt caput monogramma in margine ſignatum habet, & averſæ tripode caret.

Eruditus Begerus in Theſauro Brandeburgico T. III. pag. 27. numum refert in cujus antica caput feminæ, ſine mitra tamen; in poſtica vero caput elephantis, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ANTIOXOT. infra quam Σ. conſpicitur. Doctus autor eum Tryphæne Antiochi VIII. Epiphanis uxori tribuit eo inductus ab Σ., quod pro ſigla numerum 200. ſignificante accipit, a cujus ſententia hoc in loco diſſentire cogor.

Enumerata hucusque Stratonices numiſmata Antiocho I. adcenſeo: en argumenta: imprimis omnes Antiochi VIII. numi, quos ego unquam vidi, eam referunt epigraphen: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ANTIOXOT. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. vel ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. ΘΕΑΣ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ANTIOXOT. & cum regis nomen ſolum comparet: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ANTIOXOT. ΕΠΙΦΑΝΟΤΣ. ſcribitur denique. In adlatis vero ſuperioribus numis omnes honoris tituli abſunt. Deinde nunquam in animum inducam, τό Σ. numi a laudato Begero propoſiti epocham deſignare, cum in aliis nunc K. nunc Ξ. inveniamus, quæ ſi pro epochis adſumamus, cetera omnia everterimus; quare in eam magis ſententiam

feror,

feror, aut urbem, in qua numus percuſſus, his notis deſignari, aut aliud quidpiam nobis hactenus obſcurum.

Equitis Abdy.

Caput muliebre)(Apollo nudus ſedens d. ſagittam tenet, ſ. incumbit arcui: epigraphe ſuperior. Mediocris cælatoris opus. *Tab. II. N.* 10.

Hic quoque Stratonicem, de qua ſupra, deſignari perſuaſum mihi eſt litera Ξ. in infima poſticæ parte poſita obſervatur.


ANTIOCHUS II. ΘΕΟΣ.

Regis hujus numi plerique obvii.

Antiochus II. ab Antiocho I. ex Stratonice genitus Deus a Mileſiis, cum eos a tyrannide liberaſſet, compellatus eſt. Duas ſimul uxores habuit Laodicen unam, Berenicen alteram. Laodices veneficio periit anno 15, a quo regnare cœperat; regnum enim adiverat Olymp. CXXIX., anno A. X. 262. æræ Seleucid. 51. Antiocho mortuo Parthi Seleucidarum, quorum res inclinatas videbant, jugum excuſſerunt.

TABVLA.


1
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
2
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΕΥ
Æ
3
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
4
A
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
5
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
6
C
ΒΑΣΙ
ΑΝΤΙΟΧΟ
Æ
7
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
8
A
ΒΑΣΙΛΕΩ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
9
A
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
10
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Ξ
Æ



TABVLA. III.

D. Sadler.

Caput Antiochi II. diadematum.)(Apollo ſedens cum adtributis, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Regis Antiochi.* Eximii artificis numulum parvi æris nec minimum ætas corroſit. *Tab. III. N.* 1.

Cum Vaillantius argenteum tantum Antiochi II. numum referat, operæ pretium me facturum arbitratus ſum, ſi hunc quoque æneum exhiberem, utpote, qui, quemadmodum a multo meliori manu exſculptus, ita & prototypo ſimilior judicandus eſt.

Excell. Ducis de Devonshire.

Similis penitus priori, aliquas notas ſi excipias, aurumque puriſſimum, quod eum raritate inſignem reddit. Minus artificii habet, quam argenteus recenſitus, adtamen ſatis commode conſervatus, 132. grana Anglica adpendit. *Tab. III. N.* 2.

Horum numorum explicationem petes ex Vaillantio, *pag.* 52.

SELEVCVS II. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ.

Hujus numi ſingularis raritatis.

Seleucus II. Antiochi II., & Laodices filius ab Appiano καλλίνικος, a Polybio vero ob barbam πώγων adpellatur.

F Pa-

Patri ſucceſſit Olymp. CXXXIII. anno A. X. 247. æræ Seleucid. 66. Sceptrum 20. annos tenuit.

D. Sadler.

Caput barbatum, & diadematum.)(Pegaſus cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Regis Seleuci.* Fabricam excellentem conſervatio comprobat. *Tab. III. N.* 3.

Similem, quem edacitas temporis etiam reverita fuiſſe videtur, poſſidet Excel. dux de Devonshire.

Polybius Antiochum II. πώγωνα, id eſt barbatum dicit: eum per contemptum ita adpellatum cenſet Vaillantius: cum vero huic numo certa conſtet antiquitas, neque ullus inter reges Syriæ, cui adtribui poſſit, Seleucus barbam promiſerit, Polybii autoritati nixus eum Seleuco II. adjudico; præſertim cum nec illud ſit incredibile, laudatum Vaillantium, cum talis ei fortaſſis moneta non occuriſſet, ad complendam ſeriem alterius Seleucorum numiſmata hic ſubſtituiſſe.

Eruditis explicandum relinquo, quid Pegaſus averſæ ſibi velit, cum in vita hujus regis nihil cum eo connexum inveniam; niſi ad Apollinem forſan ſit referendus. Juſtinus *lib. XXVII. & XXVIII.* multis de hoc principe diſſeruit, ut & Appianus, aliique.

SE-

SELEUCUS III. ΚΕΡΑΥΝΟΣ.

Hujus numi rarioribus adnumerantur.

Seleucus III. Callinici filius infirmæ valetudinis, exercituique inviſus ab aulicis poſt duorum annorum, aut non multo longius regnum veneno peremtus eſt. Patri ſuffectus fuerat Olymp. CXXXVIII., anno A. X. 227., æræ Seleucid. 86. *Appianus.*

D. Sadler.

Caput Seleuci III. diadematum.)(Apollo ſedens cum adtributis, & inſcriptione : ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Regis Seleuci.* Scalpri, & conſervationis eadem laus eſt. *Tab. III. N.* 4.

In muſeo Equitis Abdy ſimilis conditur numus additis tamen a læva adſpicientis prope nomen ΣΕΛΕΥΚΟΥ aliquibus notis a me in margine ſignatis. Alter quoque argenteus fere geminus, ac optime conſervatus inter cimelia Excel. ducis de Devonshire adſervatur.

Nihil admodum de averſæ partis typo & in Syriacis numis obvio, & a me alias explicato memorandum.

ANTIOCHVS. III. ΜΕΓΑΣ.

Hujus regis numi raritate præſtant.

Antiochus Magnus Seleuci III. frater, Seleuci II. filius primus Syriæ regum cum Romanis bellum geſſit. Defuncto fratre natu majore Syriacum conſcendit ſolium Olymp. CXXXIX. anno A. X. 224. æræ Seleucid. 89. illudque 36. annis obtinuit.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput Antiochi M. diadematum.)(Apollo ſedens cum adtributis, & inſcriptione. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Regis Antiochi.* Inſignis hic numus e puriſſimo auro conflatus 524. Anglica grana æquat, nulla parte læſus excellentis artificis manum præſefert. *Tab. III. N.* 5.

Antiochus III. a populo Romano urbem Lyſimachiam, quam majores ſui obtinuerant, repetendo maximum ſibi concivit bellum, quod illi ob neglectum Hannibalis conſilium male vertit. Eum enim primum conſul Acilius Glabrio in fugam egit, mari ſuperavit Æmilius Regillus, demum Scipio juvante fratre Carthaginis expugnatore debellavit, quamvis rex præter equitatum, & elephantos exercitu CCC. millium peditum inſtructus eſſet: conceſſa ei deinde a populo Romano cum pace regni pars. Multa de hoc rege ſcriptores memoriæ prodidere, quare ejus res geſtas ex Polybio, Livio, Joſepho, Juſtino, Appiano, & L. Floro fuſius conſcribendi ampliſſimum campum nactus eſt Vaillantius.

De

De Apolline ſedente, dum priores reges luſtraremus, diſſeruimus: his tamen ſequentem Flori locum adjicere minime abs re erit, quo de prodigiis Romæ ante bellum cum Antiocho viſis loquens ita habet: *Ad hoc cœleſtes minæ territabant, cum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret. Sed hic faventis Aſiæ ſuæ numinis timor erat.*

D. Sadler.

Caput Antiochi laureatum ſub ſpecie Apollinis.)(Tripus, infra quem anchora: epigraphe eadem cum anterioribus. Opus bonum, conſervatumque. *Tab. III. N. 6.*

Antiochum admodum effeminatum, voluptatibus, muſicæque deliciis deditum novimus: quare forſan populi adulatione in numo ſub forma dei eſt repræſentatus, qui non raro muliebri etiam ſtola indutus fingitur, & quia plerumque lyra, & plectro inſtructus, muſicæ præſes habebatur omnibus. Caput vero Antiochi exhiberi nemini dubium eſſe poteſt, etſi enim laurea, & cincinnis ornatum ſit, ipſa tamen vultus ſpecies, prominensque naſus eum ſatis produnt.

De tripode Apollinis ſymbolo ſupra jam egimus, uti & de anchora infra jacente, dum de Seleuco Nicatore regni conditore loquebamur.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Antiochi juvenis laureatum.)(Apollo ſedens cum adtributis, & eadem inſcriptione. Scalpri elegantiæ a conſervatione gratia adcedit *Tab. III. N. 7.*

De Apolline alibi dicta ſufficiant ad ea, quæ hoc in numo videntur, confirmanda.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Antiochi M. diadematum.)(Palma cum caryotis: epigraphen lego: ANTIOXOΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. *Antiochi Magni.* Numus iſte ex ære flavo, ac tenui. Labor, & conſervatio mediocres. *Tab. III. N.* 8.

Et fabrica, & palma ſuis dactylis gravis Judæam aperte ſapiunt: quare in aliqua ejus regionis parte præſens numiſma percuſſum arbitror, quo forſan incolæ Magno Antiocho de ingenti obtentarum victoriarum fructu gratulabantur, antequam cum Romanis collideretur; hoc enim in bello, quam parum nominis ſui famam ſit tuitus, novimus; ſiquidem deliciis, luxu, ac voluptatibus fractum, vix conlata cum hoſtibus manu, vixque telo in eos retorto, terga vertere non puduit; quo factum, ut nullo pene negotio victoris populi leges accipere ſit coactus.

Titulus hic ΜΕΓΑΛΟΥ. magnam inter antiquarios controverſiam excitavit: Golzius, & Fulvius Urſinus monetas ajunt hoc cognomine inſignes percuſſas eſſe, hic autem & auream octo drachmarum a ſe conſpectam adfirmat: Vaillantius *pag.* 150., cum ejusmodi nunquam viderit, fidem illis omnem adimit. Numus, quem produco, non dubiæ antiquitatis rem omnem diluit, jurgium tollit, atque Antiocho III. Magni nomen ab hiſtoricis tributum numaria etiam autoritate confirmat.

SE-

SELEUCUS IV. ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ.

Hujus effigiem in numo expreſſam rariſſimis adnumero.

Seleucus IV. Antiochi Magni filius natu maximus *Appianus.* ejus in Antiochum fratrem, obſidem a patre Romanis datum, pietatis fuit, ut eum redemturus Demetrium filium ſubſtituere non ſit cunctatus. Verum Antiocho in Syriam redeunte, Athenasque jam tenente, Heliodori proditione Seleucus poſt undecim annorum regnum eſt interfectus; patri ſucceſſerat Olympiade CXLVIII., anno A. X. 187., æræ Seleucidarum 126.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Seleuci IV. diadematum)(Navis dimidia cum literis P Λ C. id eſt anno 136. a fundato Syriaco regno: inſcriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Regis Seleuci.* Æneus hic numus magnitudinis C. optime conſervatus eximiam cælatoris manum oſtentat. *Tab. III. N. 9.*

Idem numiſma a Vaillantio *pag.* 159. adfertur, neque ab eo differt, niſi numerorum notis ordine inverſo ſignatis, & omiſſo hic ad caput apluſtri: quem repræſento numum, omittendum propterea non exiſtimavi, ut comparatione cum eo inſtituta diſcrimen, quod intercedit non, exiguum obſervetur. Pro explicatione laudatum autorem lector adeat.

D.

D. Sadler.

Caput galeatum.)(Apollo nudus ſtans cum adtributis: inſcriptio ſuperior. Elegans, ac fere ſine omni vitio numus. *Tab. III. N.* 10.

Hunc etſi omni epocha, omnique alio diſtinctioni inſerviente ſigno careat, Seleuco tamen IV. ideo adtribuendum duco, quod caput galeatum, quamvis primo intuitu Palladem referat, ſi adtentius examinetur, Seleuco IV. juveni aliquantum ſimile adpareat; cum enim prior numus ultimum ejus regni annum exhibeat, quid vetat hunc decem, vel undecim ante annis percuſſum, qui magnam ſane vultui inducunt mutationem.

TABULA IV.


Equitis Roberti Abdy.

Caput muliebre hedera coronatum.)(Dimidia navis & præter priorem inſcriptionem literæ AT. Ceterum numus conſervatus, & cæli laudabilis. *Tab. IV. N.* 1.

Similes duo Excell. duci de Devonshire ſunt, in quorum adverſa pharetra poſt tergum adjungitur, quæ Dianam indicare videtur, averſa vero nihil prorſus a noſtro, niſi literis in area poſitis differt; alter enim Δ., alter AN. vocabulorum initia præfert.

Illud perpendendum, etſi pharetra capiti femineo adjecta Dianam deſignare ſolet, in his tamen tribus numis ad-


1 B Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
2 C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
3 B Æ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
4 B Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
5 E
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
6 B Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
7 D Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
8 A Æ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
9 C Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
10 C Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ



adpoſitam hederæ coronam minime hanc deam condecere; quare in eam inclino ſententiam, ut Laodicem repræſentari arbitrer hujus regis uxorem, Laodices alterius, quæ Antiocho Magno nupſerat, ſororem, Mithradatis V. regis Ponti filiam, Antiochique filii Antiochi III. vivente patre mortui viduam; idque eo veriſimilius exiſtimo, quo magis hæc tria capita ſimilitudine conſpirant.

D. Kemp.

Caput muliebre.)(Poſtica a præcedentibus nonniſi notis compendiariis eſt diverſa, ut ex adnexa numi optime conſervati imagine patet. *Tab. IV. N.* 2.

En matronæ caput absque corona hederacea, absque pharetra, adtamen cum diademate, cujus tæniæ in humeros defluunt, ſimillimæque prioribus formæ. Dianamne dicemus, an Bacchum referri? Neutrum profecto; nunquam enim hæc numina diademate ornata comparent: regis alicujus uxori tribuendam cenſeo, cumque averſam aliis Seleuci IV. ſimilem conſpiciam, in illud inducor, ut Laodice hujus regis uxori adjudicem; argumenta cum hic, tum alibi adlata ita animum confirmant, ut meam ſententiam etiam adprobationem relaturam ſperem.

D. Maſſon ſe alium vidiſſe numum apud D. Kemp (a quo tamen inſcio poſſeſſore alias in manus commigravit) teſtatur, in cujus antica caput Seleuci IV. diadematum, in poſtica vero lyra transverſa cum hac inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. C Λ Ρ. *Regis*

Se-

Seleuci Philopatoris anno 136. Hunc quamvis non viderim, adnotandum tamen putavi, cum præter epocham Philopatoris titulo ſit inſignis, quo juxta Vaillantium *pag.* 159. S. Hieronymi autoritas confirmatur. Si tamen hujus numi mihi facta fuerit copia, ejus diligenter exaratam imaginem ſequentibus voluminibus me exhibiturum ſanctiſſime promitto.

ANTIOCHVS. IV. ΕΠΙΦΑΝΗΣ.

Hujus numi frequentes.

Antiochus IV. filius natu minor Antiochi Magni, & proinde Seleuci IV. frater a patre Romanis obſes datus: fratre e vivis ſublato Attali, atque Eumenis, qui eum ab inſidiis Heliodori regnum affectantis tuiti ſunt, officiis adjutus avito regno reſtitutus eſt Olymp. CXXXI., anno A. X. 156., æræ Seleucidarum 137. Bellum Ptolemæo VI. regi Ægypti intulit: ad Alexandriam in exercitum Romanum incurrenti Popilius ſenatus epiſtolam tradidit, qua ab Ægypto abſtinere jubebatur: cunctantem vero, conſultationisque tempus petentem virga, quam manu gerebat, deſcripto circulo concluſit Popilius, atque hic, ait, ſtans delibera! inopinata hæc auſteritas animum regis ita fregit, ut a cœptis deſtiterit. Bello ſubinde Artaxerxem Armeniæ regem adortus victum capit; ipſe vero poſt 12. annorum regnum vitam finiit.

Juſtinus lib. 34. Livius lib. 45.

D. Sadler.

In primi adverſa caput Antiochi IV. radiatum.)(Apollo nudus ſtans arcum tendit: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. AN-

ANTIOXOΥ. ΘΕΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. *Regis Antiochi Dei Illuſtris.* Numum, qui adnotatus, explicatusque habetur apud Vaillantium *pag.* 195. non alium in finem, niſi ut vultuum ſimilitudo comparetur, hic retuli. *Tab. IV. N.* 3.

Alterius antica ſimilis præcedenti.)(Jupiter ſedens cum haſta, & patera: inſcriptio eadem. *Tab. IV. N.* 4.

Obſervandum, Antiochum IV. primum inter Syriæ reges corona radiata in hiſce monumentis effictum, quæ optime quidem cum ejus ſuperbo, arrogantique titulo ΘΕΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. convenit. Juppiter ſedens numum Antiochiæ percuſſum mihi deſignare videtur, cum Ammianus Marcellinus *lib. XXII.* narret: ea in urbe ab Epiphane Apollini templum magnificentia ſingulari ſtructum eſſe, in quo ſimulacrum Jovis ſtaturæ humanæ (g) magno cum luxu, & ſplendore dedicavit. (h)

Caput tertii numi primis duobus ſimile ad hunc regem eſt referendum, quanquam in averſa nihil ſit præter inſcriptionem ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. & figuram muliebrem ſtantem cum modio in capite d. haſtam, ſ. dependens pallium retinentem. *Tab. IV. N.* 5.

Iſis Ægyptiorum dea his adtributis ſine controverſia repræſentatur; hinc infero tempus ſignati hujus numi, quo

(g) Ammianus altitudinem Jovis Olympici ſtatuæ comparat.
(h) Obſervat in notis ad *c. 13.* Valeſius, templum a Nicatore ædificatum fortaſſe ab Antiocho IV. ampliatum, & donis auctum; de luxu, & ſplendore nihil Marcellinus, qui rectius ad ludos Daphne celebratos referendus.

caput ſuum eo conſilio Ægyptiaco numini conjunxit, ut ſe palam Ægypti regem gereret, aliud inquirendum non eſſe, quam quo decreta ejus regionis invaſione, Deltaque jam occupato Alexandriam obſidione ſtringebat, non antea dimiſſa, quam oblatis a Popilio Romani ſenatus decretis id facere eſt coactus.

Equitis Roberti Abdy.

Caput diadematum.)(Aquila fulmen unguibus retinens cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΘΕΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Numus hic craſſioris molis nullas temporis injurias tulit. *Tab. IV. N.* 6.

Aquila averſæ regum Ægyptiorum, velut domeſticus typus, ut vel ex numis imperatorum adhuc, nec non ex præſenti noſtro, ac ſubſequente liquido oſtenditur, in Ægypto hoc numisma cuſum eſſe commonſtrat.

Excell. Ducis de Devonshire.

Priori pene ſimilis præter impoſitum capiti florem loti, omiſſumque averſæ fulmen.

Optime conſervatus numus, opere, & metalli pondere cum antecedente omnino convenit. *Tab. IV. N.* 7.

Numum hunc, ut ſuperiores, in Ægypto cuſum capiti adjectus flos loti manifeſte confirmat, quo in deſcribendo non morabor, cum autores de eodem abunde diſſeruerint. Quamvis vero nunc producta Antiochi IV. capita ab aliis

in

in Syria ſignatis faciei ductibus aliquantum differant, eidem tamen adtribuenda eſſe ob adpoſitum diadema regiæ dignitatis proprium ornamentum certum mihi eſt. Neque quid obturbant in cincinnos contorti crines, & ad humeros usque luxuriantes, etſi iidem diverſo diſcrimine in aliis regis hujus caput exhibentibus numis ſint compoſiti; admodum enim veroſimile videtur, Antiochum alioquin ſuperbia tumidum hoc cultu repræſentari voluiſſe, ut diis Ægyptiis, aut Apollini, a quo genus deducere ſe jactabat, foret quam ſimillimus.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Antiochi IV. radiatum)(Typus mihi ignotus cum ſuperiori epigraphe. Numi ab excellenti artifice effícti pretium auget exquiſita conſervatio. *Tab. IV. N.* 8.

Averſam ex numo ipſo adcurate deſumtam æri incidi; ejus vero explicationem adgredi non audeo, cum vel peritioribus hac in arte, quorum oculis arbitrium detuli, in hujus ornamenti genere determinando aqua hæſerit. (*i*)

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Antiochi IV. radiatum, infra quod: ANTIOXOΥ.)(Femina tauro vecta cum inſcriptione: ΣΙΔΩΝ...

 reliqua

(i) Frœlichius *Annal. Syr. edit. 1750. pag. 53.* fibulam auream eſſe exiſtimat, quali teſte *lib. I. Maccb. c. XI. v. 58.* Syriæ reges viros ſummi meriti, aut ſanguine junctos condecorare ſolebant.

reliqua adeo detrita, ut viſum fugiant: typus ſignorum tamen commode eſt conſervatus. *Tab. IV. N. 9.*

Lucianus in diatriba de dea Syria ingens deæ Aſtarti, quam lunam putat, dicatum a Sidoniis templum in Phœnicia adfirmat. Etſi ejus delubri ſacerdos deam hanc Europam Cadmi ſororem, Agenorisque filiam eſſe adſeveraverit, quæ, neſcio quo modo, evanuerit, templumque ab incolis obtinuerit, a quibus & rumor eſſet diditus, eam ob formæ elegantiam fuiſſe ab Jove raptam: additque raptum hunc in eorum populorum numis, ut in noſtro exhiberi; id quod ejus explicationi ſufficiat.

Eques Abdy duo maximæ formæ numismata ænea diametri F. valde craſſa, eximii artificii, optimeque conſervata poſſidet, in quorum antica perelegans Jovis caput, in poſtica vero aquila fulmen unguibus tenens, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΘΕΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. In eodem muſeo adſervatur numus a Vaillantio *pag.* 195. deſcriptus; aquila tamen pedibus Jovis eſt adjecta.

ANTIOCHVS V. ΕΥΠΑΤΩΡ.

Numi Eupatoris ſummæ raritatis.

Antiochus V. Antiochi Epiphanis filius patre demortuo rex Syriæ nono ætatis ſuæ anno electus eſt Olymp. CLIV., anno A. X. 164., æræ Seleucid. 149. Ob paternam

ternam virtutem Eupator adpellatus, cumque puer eſſet, a Lyſia educatus, quocum poſt duorum circiter annorum regnum a Demetrio eſt interfectus.

Nullum adhuc hujus regis numum a falſitatis ſuſpicione liberum vidi; falſarii enim Antiochi X. cognomen ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. arte tanta in ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. mutant, ut fraus etiam ſumma adhibita diligentia dignoſci vix poſſit; quare in hujusmodi numis cautela nulla ſuperflua.

DEMETRIUS I. ΣΩΤΗΡ.

Ejus numi raritate præſtant.

Cum Demetrius I. Seleuci IV. filius a patre pro Antiocho IV. patruo Romanis obſes datus annum ætatis tertium, & vigeſimum adtigiſſet a Romano ſenatu avito ſolio pro fratre patrueli etiamnum puero fruſtra reſtitui petiit. Cum vero Cn. Octavium Romanorum legatum in Syria occiſum accepiſſet, curiam iterum ſubivit libertatem ſolummodo deprecatus; aſt cum nec hanc obtinuiſſet, mari clam profugit; in Syriam adpulſus a ſuis benevole eſt receptus: regnum adivit Olymp. CLIV., anno A. X. 162. æræ Seleucid. 151. Lyſia, pueroque rege e medio ſublatis, ac Babylone occupata dictus eſt Soter. Poſtquam annis 11. imperaſſet, a quodam Alexandro ſuperatus, occiſusque eſt.

Equi-

Equitis Roberti Abdy.

Caput Demetrii I. diadematum.)(Dimidia navis, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΗΝΡ. *Regis Demetrii* anno 158. infra navim ΤΥΡΙΩΝ. *Tyriorum*, & aliquæ literæ Phœniciæ. Hic numus & conſervatione, & fabrica excellit. *Tab. IV. N.* 10.

Numum ipſum retuli, ut vera capitis icon habeatur, alias enim, cum prolatus a Vaillantio ſola epocha differat, hunc adnotaſſe contentus lectorem ad ejus autoris explicationem *pag.* 240. *&* 241. remiſiſſem.

Begerus quoque *Theſaur. Brandeb. T. III. p.* 19. inſpiciatur, qui tamen in epocha hallucinatur.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Apollinis laureatum.)(Tripus, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Denticulatus hic mediocrem artificis manum præſefert, ceterum ſine vitio, molis, ponderisque majoris. *Tab. IV. N.* 11.

Theſ. Br. T. III. p. 19. Simile caput Demetrio adtribuit Begerus; etſi dicam Begero impingere nolim, cum numum Brandeburgicum non viderim, id tamen indubitatum mihi eſt, percuſſum in præſente numiſmate caput a Demetrio penitus abſimile Apollini ſoli convenire. Summæ religionis, qua in Apollinem ferebantur Syriæ reges, cauſa ſuperius a nobis eſt indicata.

TABU-


1
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΤ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
Δ
ΑΝ
2
B½
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΤ
ΣΕΛΕΥΚΟΥ
Æ
3
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΘΕΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
4
B
ΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΘΕΟΥ
ΠΙΦΑΝΟΥΣ
Æ
5
A
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
6
E
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΘΕΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
Æ
7
D
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΘΕΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥ
Æ
8
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΘΕΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
Æ
9
B
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΣΙΔΟΝ
Æ
10
C
ΑΣΙΛΕΩΣ
ΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΗΝΡ
Æ
11
D
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
Æ

TABVLA V.

Equitis Abdy.

Caput equi.)(Caput elephantis, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Denticulatus item numus optimæ conſervationis, & inſignis fabricæ. *Tab. V. N.* 1.

Hujus typi numismata obvia ſunt in Anglia.

Ejusdem.

Caput gryphi)(Caput cervi, ac inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΩΤΗΡ. . . . *Regis Demetrii Servatoris.* cum monogrammate AB. Conſervatio elegans numi opus exſuperat. — Rariſſimum numisma. *Tab. V. N.* 2.

Cum de ejus typo nihil admodum dicendum mihi occurrat, liberam lectori erudito relinquo ſententiam.

Ejusdem.

Caput muliebre tutulatum)(Arcus, & pharetra cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Par conſervationis, & præclaræ fabricæ laus. *Tab. V. N.* 3.

Cum averſa arcum, pharetramque præferat, ab ea ſententia magnopere non abhorreo, quæ caput hocce, quamvis tutulatum, Dianæ adtribuit. Cum vero Syriæ regum uxores nomine omiſſo, ut ſupra comprobavimus, in monetis percuſſæ inveniantur, forſan & hic ſub Dianæ forma Demetrii uxorem latere non vana erit ſuſpicio, quanquam

enim ejus nullam autores mentionem faciant, quis tamen Demetrium cælibem præſtabit, cum de duobus legitimis filiis Demetrio ſcilicet, & Antiocho, qui ei ſubinde, ut dicemus, ſucceſſerunt iidem teſtentur.

ANTIOCHUS VI. ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ.

SIDETES.

Hic numus unicus.

D. Sadler.

Caput juvenile hedera coronatum, quod Antiochi Demetrii Soteris filii mihi videtur.)(Anchora major inter coronam hederaceam, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΒΞΡ. Regis Antiochi anno 162. Conſervatio non minus, ac cælum eſt de optimis. *Tab. V. N.* 4.

Inſigne, atque unicum hoc numisma id oſtendit, quod nullus ad hanc diem ſcriptor indicavit. In adverſa caput juvenile hedera coronatum, quod, niſi regis volumus, Baccho adtribuemus: verſæ epigraphe, regum alicui Antiocho, anchora vero Syriæ regi absque dubio, iis ex cauſis numum vendicat, quas dum de Seleuco I. ageremus, retulimus. Aſt quomodo numum hunc, qui Antiochum anno 162. æræ Seleucid. in Syria regnaſſe adfirmat, cum autoribus huic hiſtoriæ parti quaſi domeſticis, Appiano nempe, Joſepho, Juſtino &c., qui hunc primum regni Alexandri annum adſerunt, conciliabimus? Numum hunc, cui certiſ-

certiſſima conſtat antiquitas, utpote perdurans hiſtoricæ veritatis monumentum, autorum etiam gravium ſilentio præferendum exiſtimo, unde obſervationes, quas ſubjicio, ſunt enatæ.

Occupaverat Demetrio I. Sotere anno 162. æræ Seleucid. regnante Alexander Bala Ptolemaidem Galilææ ſuperioris inter Carmelum, & Tyrum ad mare ſitum oppidum. Demetrius in ſe belli tempeſtatem exoneratum iri ſubodoratus, Demetrium, & Antiochum filios ad amicum cum magna pecuniarum vi miſit, eo conſilio, ut & periculo ſuperſtites, & patris ultores eſſent, ſi vinceretur. Neque aliter evenit. Alexander enim Demetrio interfecto Syriacum ſolium anno 162. æræ Seleucid. conſcendit, filiisque ita reſtitit, ut difficulter admodum illud recuperaverint.

Numum itaque Antiocho Evergeti Demetrii I. filio adcenſemus, qui Vaillantio VII. ejus nominis, nobis vero VI. eſt, cum Antiochus Alexandri filius anno 162. æræ Seleucid. nondum eſſet natus; vero ſimillimum inſuper habemus duos Demetrii I. filios, de quibus mox facta mentio, patris morte vix intellecta, advolaſſe in Ciliciam, Syriæque partem, a qua ambo ſimul reges agniti, occupaſſe; & cum Alexander pro ſpurio haberetur, ut ſe ab eo diſtinguerent, genuinumque Seleucidarum genus oſtenderent, anchoram in numis ſignaſſe, ſicut ex præſente, & duobus aliis Demetrii, altero inferius inter hujus regis monetas exhibendo, altero vero a Vaillantio *pag.* 271. relato liquet. Neque mirum, ſimul regnaſſe fratres, qui tenerrimo ſe amore complectebantur, ut vel Philadelphi titulus Demetrii

numis inſculptus manifeſte oſtendit; neque id præterea in regibus Syriæ adeo erat inuſitatum, ut aliud ejusdem non adſit exemplum. Obſervationem inſuper in tertium hujus Antiochi numum faciendam expendi pervelim.

Succeſſionis itaque ordo hoc modo emendandus: Demetrius Soter, qui anno 162. diem poſtremum obiit, filios habuit Demetrium Nicatorem, & Antiochum Evergetem VI., qui ſtatim poſt patris necem in Syriæ parte Ciliciæ contermina regnarunt; eodem vero tempore Alexander Bala alteri parti, quæ Phœniciam, & Judæam reſpicit, regia poteſtate præfuit. Demetrius Nicator eo tyranno e medio ſublato omni regno eſt potitus. Verum paulo poſt Diodotus rebellans Antiocheno throno Antiochum Nicephorum (l) Vaillantio VI., mihi VII. laudati Alexandri filium puerum impoſuit, quo ſubinde interfecto ipſe ſibi, Tryphonis aſſumto nomine, purpuram arrogavit. Cum eo tempore Demetrius Nicator a Parthis, quibus bellum intulerat, captus eſſet, Antiochus VI. Evergetes victo, ac mortuo Tryphone ſolus totum Syriæ regnum obtinuit; fratre poſtea e Parthorum manibus liberato, atque in patriam reſtituto brevi (m) eidem Demetrio II. Nicatori univerſum Syriæ regnum moriens reliquit.

ALE-

(l) Titulum Nicephori ad Antiochum XII. transferendum pluribus oſtendit Frœlichius: *Proleg. ad Annales Syriæ. P. III. c. 5. pag. 47. & ſeq.*

(m) Item tum in *Proleg. P. III. c. 4. & in Ann. pag. 84. & ſeq.* cum in *Acceſione nova ad numismata regum veterum anecdota pag. 69. & ſeq.* invicte oſtendit, Evergetem fratre reſtituto tribus inſu-

per

ALEXANDER I. ΘΕΟΠΑΤΩΡ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ. cognomine BALA.

Hujus numi obvii.

Alexander juxta aliquos nothus Antiochi Epiphanis, & Balæ concubinæ filius a Ptolemæo Ægypti rege, cujus ſubinde filiam matrimonio ſibi junxit, adjutus, Demetrium Soterem regno expulit Olymp. CLVII., anno 151. A. X., æræ Seleucid. 162., quo tamen poſt quinque annos a Demetrio Nicatore Demetrii Soteris filio cum vita eſt exutus.

Juſtin. lib. XXXV. Joſeph. Ant. lib. XIII. c. 3. Appian. Syr. Vaill. Hiſt. Reg. Syr. pag. 245.

D. Sadler.

Caput Alexandri diadematum.)(Apollo ſedens cum adtributis, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. *Regis Alexandri Theopatoris Benefici.* Bonæ conſervationi reſpondet artificium. *Tab. V. N.* 5.

D. Sadler.

Caput Alexandri leonis rictu tectum.)(Apollo cum adtributis, Bene conſervatus numus fabricæ eandem ſibi laudem vindicat. *Tab. V. N.* 6.

H 3 *D. Sad-*

per annis vita, & regis ritulo fuiſſe gaviſum, præclaro pro Maccabaicorum librorum autoritate hiſtorica argumento.

D. Sadler.

Caput Alexandri galeatum.)(Victoria d. coronam, ſ. palmam tenet. Optime conſervatus numus. *Tab. V. N.* 7.

Tria hæc numiſmata in Vaillantio *pag.* 256. 259. & 260. habentur, quare, omiſſa explicatione in laudato autore invenienda, comparationis inſtituendæ gratia, cum quodvis ab altero differat, ea hic propoſui. Eſt in collectione Equitis Abdy numus capite Alexandri galeato inſignis, in cujus averſa tripus cum ſuperiori epigraphe, infra tripodem vero literæ NE nexæ: ejus magnitudo orbiculum A. exæquat.

Equitis Abdy.

Caput Alexandri I. diadematum.)(Tripus cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Numus ſine omni vitio cæli præſtantia clarus. *Tab. V. N.* 8.

Tripus Apollinis ſymbolum, de quo ſuperius.

Ejusdem.

Caput diadematum, ut in anteriore.)(Tridens, cui delphinus implexus ſine inſcriptione. Conſervatio, & manus eadem cum priori. *Tab. V. N.* 9.

Numum hunc Laodiceæ ad mare percuſſum argumentis a Vaillantio *pag.* 262. adlatis inductus exiſtimo.

Excell.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput Alexandri diadematum.)(Juppiter ſtans d. galeam, ſ. haſtam ſuſtinet: epigraphe: ΑΠΑΜΕΩΝ. ΓΞΡ. *Apamenorum* anno 163. An optima conſervatio, an opus excellens præſtet, ambigendum. *Tab. V. N.* 10.

Apameni ad Orontem ſiti numum hunc in honorem Alexandri anno ejus regni ſecundo percuſſerunt. Juppiter averſæ partis ab illis populis maxima religione cultus, dextra galeam, ab Alexandro forſan ob victoriam haud procul ab hac urbe, ut vero ſimile, de Demetrio Sotere relatam, ex voto dedicatam præfert.

Ambo Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput Alexandri diadematum.)(Juppiter ſtans cum bubone, & urbis nomine: ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ. ΔΞΡ. anno 164. Numum hunc, quem ideo tantum retuli, ut cum ſequente conjungerem, Vaillantius *pag.* 260. exhibuit. *Tab. V. N.* 11.

Caput ſuperiori ſimile.)(Juppiter ſtans d. ramum tenet: epigraphe: ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. Artificium bonum æmulatur conſervatio. *Tab. V. N.* 12.

Stephanus Byzantinus de urbe Hieropoli *pag.* 411. ita habet: *Hierapolis urbs Phrygiam inter, & Lydiam, Urbs aquis calidis abundans, a multitudine templorum ſic appellata; Secunda Cretæ: Tertia Syriæ* (quæ numum, de quo agimus, ſignavit), *quæ etiam Hieropolis vocatur per o.* Plin. *lib. V.*

cap.

cap. 13. *Bambycen*, *quæ alio nomine Hierapolis vocatur*, *Syris Magog.* Procopius *Ædificiorum libro II.*: *Hierapolim*, *quæ omnium eo tractu urbium eſt princeps*, *ac nobiliſſima.* Ammianus *lib. III.* eam adpellat: *Civitatem capaciſſimam.* Cellarius eam in Cyrrheſtica ad Singam fl. haud procul Euphrate ponit. Ex numis adparet Alexandrum Balam Jovi ſingularem cultum exhibuiſſe, ut Alexandri M., cujus nomen gerebat, veſtigiis inſiſteret, a quo omnes fere monetas hoc numine conſignatas ſcimus. Probabilis mihi hic ſe offert ſuſpicio, Alexandrum Balam devicto Demetrio, ejusque forſan filiis, qui Syriam occupare conabantur, repulſis ad urbem ſacram, ſeu Hieropolim delatum, Jovi ſimulacrum dextra oleæ ramum tenens conſtituiſſe, quo ſe, hujus dei favore obtentis victoriis, pacem Syriæ reſtituiſſe oſtenderet.

TABVLA VI.

Equitis Abdy.

Caput Jovis laureatum.)(Fulmen intra coronam lauream cum inſcriptione: ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΩΝ. ΔΞΡ. Quanquam nec conſervatio, nec fabrica excellat, rudibus tamen, aut detritis minime adnumerandus. *Tab. VI. N.* 1.

D. Maſſon.

Caput Apollinis laureatum.)(Tripus cum ſuperiori epigraphe, alia tamen epocha ſcilicet EΞP. *Tab. VI. N.* 2.

Equi-


1
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
Æ
2
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΣΩΤΗΡ
Æ
3
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
Æ
4
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
Æ
5
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
Æ
6
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
7
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
8
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
9
A
10
C
ΑΠΑΜΕΩΝ
ΓΞΡ
Æ
12
C
ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩ
Æ
11
C
ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ

Equitis Hans Sloane.

Capita jugata barba promiſſa quorum unum diadematum.)(Figura muliebris: eadem inſcriptio. Eximium opus ſingulari nitore conſervatum. *Tab. VI. N.* 3.

Tribus nunc productis numiſmatibus Cl. D. Maſſon animadverſiones ut omni eruditione refertas, ita ſingulari benignitate mihi communicatas adjungo, quæ cum plena, ut ſpero, adquieturi lectoris voluptate monſtrabunt, quantum ii, qui de hoc numorum genere hucusque ſcripſere, a recto tramite aberraverint.

Etiamſi complures Nummi in Cimeliis præſertim Britannicis proſtent hac eadem ſignati inſcriptione : ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΩΝ *attamen duorum modo Numinum capita, & ſymbola in iisdem cernuntur, & cum duplici tantum anno. Etenim nonnulli hinc caput JOVIS, inde* Fulmen, *vel APOLLINIS caput, ac* Tripodem *ferunt una cum hiſce litteris numeralibus* ΔΞΡ, *vel* ΕΞΡ. *annum* 164.; *vel* 165. *deſignantibus. Nec multum cætera variant monogrammata, quæ, cum ſint ignotæ ſignificationis, deſcribi non merentur.*

Ad quos vero Populos, Urbesve referendi ſint id genus nummi, ſatis clare docent metallum, & ſcalptura, quæ Syriaca omnino ſunt. Confirmat dein Strabonis *locus, qui de* Seleucide *Syriæ parte ſcribens diſerte notat, eam fuiſſe* Tetrapolim dictam, ob quatuor nempe præ cæteris illuſtres Urbes, Antiochiam Seleuciam, Apamiam, & Laodiceam, quæ propter concordiam ſorores vocabantur: ἅιπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ΑΔΕΛΦΑΙ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, Σελεύκου τοῦ Νικάτορος κτίσμα. *Quæ poſtrema* Strab. lib. XVI. p. 1087. Amſt. Edit.

 verba,

verba, dum indicant eas quatuor Urbes a Seleuco Nicatore conditas, ſimul aliam præbent rationem, cur eædem SORORES *fuerint dictæ, præter ipſarum concordiam; quod nempe forent ejusdem conditoris, ac quaſi Patris opera.*

Præterea cum Urbis Seleuciæ in Pieria præcipuum Numen fuerit Jupiter Caſius, *atque vulgo ejusdem Urbis Nummi Fulmen gerant, ceu proprium ejus ſymbolum, uti jam ex* Appiano, *CC. ll. viri Spanhemius, ac Noriſius obſervarunt; hinc affirmare licet, ad eandem quoque civitatem ſpectare Nummos, qui cum Epigraphe, de qua nunc agitur, repræſentant* Jovis *caput, & Fulmen. Id etiam firmat Monogramma in iisdem aliquando ſignatum, quo B. H. K. Υ. ſimul junguntur; quandoquidem ipſum cernitur in aliis* Seleuciæ *Nummis, qui inſcribuntur* ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΕΜΠΙΕΡΙΑΙ. *qualem tractavi penes D. Falkner Londinenſem.*

Sic & cæteri Nummi cum capite Apollinis *& Tripode dicendi ad* Antiochiam *pertinere; cum & in aliis Nummis iſtius Urbis nomine ſignatis, vulgo cernantur idem Numen, atque ejus ſymbolum Tripus.*

At hic notandum nonnullos eadem Epigraphe inſcriptos Nummos in antica geminum caput exhibere barbatum, & jugatum ita, ut ſuperius diademate redimitum ſit. Talem ditiſſima D. Hans Sloane Equitis Aurati Gaza poſſidet Nummum, cujus in poſtica cernitur figura muliebris cum capite tutulato, vel turrito, ſtans, dextra coronam, ſin. Cornucopiæ, *absque vero litteris numeralibus, quas tamen vidi in duobus aliis nummis penes* D. De Wilde, *Amſtelodamenſem, ſcilicet* ΔΞΡ.

&

& E ΞP. *anno* 164, & 165. *Duplex autem illud caput forte fuerit Jovis* Caſii, & *Jovis* Philii, *qui Antiochiæ colebatur.*

Annus porro 164. & 165. *in iisdem Nummis notatus ad* Seleucidarum *Æram ſpectare debet, ac proinde ad* Alexandri *prioris Syriæ Regis imperium; Cælatura enim, & nummorum forma Syriæ Regum tempora deſignant.*

Cæterum Goltzius omnium primus Nummum ejusdem generis repræſentare voluit cum Jovis *capite ac Fulmine; verum perperam inſcriptionem legens, ſic eam protulit:* ΕΥΡΗ. ΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΟΣ; *atque ad urbem* Delphos *refert*, Græciæ *urbium Tab. VIII. n.* 8.

Nec melius Goltzii *interpres* Nonnius *rem intellexit; neque Cl. Cuperus* (a) *licet eum corrigere conetur.*

(a) *Ad Calc. Apoth. Homeri, p.* 253.

Sic & Harduinus omnino cæcutit, & ſomnia narrat, dum ſimilem Nummum hoc modo legit, & interpretatur: "Η. ΤΑ. "ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΩΝ, *cum nota Præfecti in parte ima* "*Nummi. Ex parte altera, Jovis caput. Quem nummum ſic* "*interpretor.* Ἡρακλείας Τάρσου Ἀδελφῶν Δημῶν. *Heracleæ,* "*Tarſi, Fratrum Populorum &c. Quis vero fuerit Poſticæ typus, non indicat.*

Begerus (b) *tandem haud aliis fuit oculatior, qui unum id genus cum Jovis cap. & Fulmine proferens, multa quidem, pro more, verba facit, at demum fateri conatur, ſe neſcire, quas ad Urbes ſpectaverit. Bene tamen judicavit ex anno* 165. *Nummum ſub Alexandro Rege Syriæ percuſſum.*

(b) *Theſ. Brand. T. III. p.* 70.

Ea breviter adnotaſſe ſic ſatis erit, cum alibi fuſius pertractanda ſint.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Jovis laureatum.)(Fulmen alatum intra coronam: epigraphe: ΣΕΛΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΕΜΠΙΕΡΙΑΙ. CΞP. *Seleucenſium, qui ſunt in Pieria* anno 166. Optima conſervatio, fabrica bona. *Tab. VI. N.* 4.

Numus hic, a D. Maſſon paullo ante laudatus, a Seleucenſibus ad montes Syriæ Pierios habitantibus ultimo Alexandri I. anno ſignatus & metallo, & artificio cum præcedentibus convenit.

D. Sadler.

Caput muliebre elephantis exuviis tectum.)(Acroſtolium cum epigraphe. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Elegans fabrica ab edaci tempore illæſa pretium eximiæ alioquin raritatis auget. *Tab. VI. N.* 5.

Minime dubitandum, quin hæc effigies Cleopatram repræſentet a patre Ptolemæo Philometore Ægypti rege in matrimonium datam Alexandro de Demetrio victori, cum alteri ejusdem reginæ apud Vaillantium *pag.* 235. mariti capiti jugatæ ſit ſimillima. Cum ſocerum prodere adtentaſſet Alexander, de quo loquimur, actus in iram Ptolemæus ademtam ei filiam Demetrio Nicatori II. ſubinde collocavit, atque paterno etiam ſceptro pro dote reddito,

dito, paullo poſt e vulneribus in prælio contra Alexandrum acceptis eſt extinctus. Demetrio II. dein a Parthis capto, & Syria a Tryphone occupata Seleuciam cum non exigua militum manu ſe recipiens Cleopatra per certos homines inquiſito, qui hinc inde errabat, Antiocho Demetrii fratri, ut tertium Syriacam coronam adulteriis defœdatam fronti ſuæ reſtitueret, nubere non abhorruit; vide Joſephum *Ant. Jud. lib. XIII. cap.* 7. 8. *&* 12. Compendio Cleopatra hæc regis filia, trium Syriæ regum uxor, duorumque mater erat: ejus interitum inferius adtingam.

Caput exuviis elephantis ad imitationem, ut ego quidem arbitror, reginarum Ægypti tectum eſt, cum eodem ornatu Cleopatra ejus ſoror in hiſtoria Ptolemæorum Vaillantii *pag.* 121. compareat. Acroſtolium averſæ partis, cum Sidonii hoc ſymbolo ferire conſueverint, numum ab his cuſum indicat.

Equitis Abdy.

Caput item Cleopatræ tutulatum, hederæque foliis exornatum.)(Elephas cum ſuperiori epigraphe. Conſervatio elegantem alioquin fabricam etiam ſuperat. *Tab. VI. N. 6.*

Hederæ folia Cleopatræ caput ornantia eam Bacchi ſacerdotem fuiſſe mihi perſuadent; confirmat conjecturam elephas poſticæ, cum Diodorus Siculus *lib. IV.* Bacchum primum hac beſtia vectum triumphaſſe ſcribat.

DEMETRIVS. II. NIKATΩR.

Hujus numi rariſſimis adjungendi.

Appianus. Demetrius Demetrii Soteris filius Alexandrum regno ſpoliavit Olymp. CLVIII., anno A. X. 146., æræ Seleucid. 167., atque a ſpuria hac ſtirpe devicta, regnoque expulſa Nicatoris titulum abſtulit. Ab Arſace poſtea Parthorum rege, cui bellum intulerat, ſuperatus, captusque eſt regni anno ſeptimo exacto. Apud Parthos agens regis *Joſ. Antiq. Jud. Lib. XIII. c. 9.* ſororem Rhodogunem uxorem duxit; atque tum Diodotus Demetrii copiis præfectus facti hujus indignitate exacerbatus *Appianus.* Antiochum Alexandri nothi filium Syriaco throno impoſuit. (n)

Equitis Abdy.

Caput Demetrii II. diadematum.)(Anchora cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Demetrii Nicatoris. Tab. VI. N. 7.*

Edax ceteroquin vetuſtas eximii artificis manum hoc in numo intactam reliquit.

Caput juvenile Demetrii, averſæque partis anchora numiſma eodem tempore, quo illud Antiochi VI. Evergetis

---

(n) Tribus annis ante hoc conjugium, ſcilicet anno 169. æræ Seleucidarum Antiochus Dionyſus a Tryphone rex proclamatus, atque anno, & quod excurrit, antequam in Parthiam abduceretur Demetrius, jam occiſus erat. *Vide Annal. Reg. Syr. Frœlichii.*

tis fratris a me *pag.* 58. & *Tab. V. N.* 4. adnotatum nempe paullo poſt patris mortem percuſſum fuiſſe indicant. Nicatoris, ſeu victoris nomen ob victoriam aliquam initio de Alexandro relatam adjectum puto, memorati Antiochi numismatis autoritate motus, cujus epocha facit, ut autorum ſilentium hic mirer. Forſan præterea, quemadmodum reges fratres, ut ſe a ſpuriis diſtinguerent, juxta dicta monetis anchoram impreſſerunt, ita Demetrius Nicatoris nomen a ſolo Seleuco I. uſurpatum adſumſit, ut non ſolum ductæ ab Syriaci regni fundatore originis, verum cognominis etiam ſplendore gloriaretur.

D. Sadler.

Caput Apollinis laureatum.)(Perelegans tripus cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. *Regis Demetrii Philadelphi.* Conſervationis, fabricæque pretium plures ejus typi numi minuunt. *Tab. VI. N.* 8.

Philadelphi nomen ſummam Antiochum inter, atque Demetrium concordiam, tenerrimumque amorem interceſſiſſe declarat, dubiumque fratres ſimul regnaſſe adimit. Colligitur hinc optima Demetrii natu majoris indoles, qui fratrem in throni ſocietatem admiſit, dum ipſe nonniſi exiguam regni partem obtineret. An id forſan ſupremis patris tabulis conſtitutum? Ut ut ſe res habeat, nemo comprobatum Demetrii in fratrem amorem, aut hunc in officio reddendo ſtudioſiſſimum negaverit, cum Antiochi opera e Parthorum poteſtate ſit ereptus.

Apol-

Apollinem ab Syriæ regibus ſumma religione cultum jam ſatis antea memoravimus.

Numus alius Equitis Abdy huic fere geminus Nicatoris titulum cognomini Philadelphi adjunctum habet. *Tab. VI. N. 9.*

Equitis Abdy.

Caput muliebre, aut Apollinis forſan.)(Tripus cum inſcriptione : ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΘΕΟΥ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Demetrii Dei Philadelphi Nicatoris.* Bonum artificium æquat conſervatio. *Tab. VI. N.* 10.

Apollinem ſæpe muliebri forma effictum certam numiſmata fidem faciunt, & eruditus Vaillantius in libro de regibus Syriæ rem fuſius perſequitur; qui tamen hac de re plenius edoceri deſiderat, eruditam D. Schott lucubrationem de Apotheoſi Homeri adeat *pag.* 52., quamvis autem caput in noſtro numo exhibitum laurea, proprio ſcilicet hujus dei ſymbolo, careat, omne tamen in contrariam partem dubium repræſentatus in averſa parte tripus adimit.

Epigraphe eadem, quæ in priore, præter titulum ΘΕΟΥ. adjectum, quem a patre tanquam hæreditario jure cepit, ut per illum forſan magis ab Alexandro ſe diſtingueret, qui ementitum Antiochi IV. legitimi filii nomen aliqua veritatis ſpecie fucare conatus fuerat Theopatoris cognomine adſumto (*Dictus eſt Theopator, qui patrem habuit Deum,*

V. Vaill. pag. 238. Ibid. pag. 254.


1
C
Æ
ΑΔΕΛΦΩΝ
ΔΗΜΩΝ
2
A ½
Æ
ΔΗΜΩΝ
ΔΕΛΦΩΝ
ΕΞΡ
3
C
Æ
ΑΔΕΛΦΩΝ
ΔΗΜΩΝ
4
C
Æ
ΣΕΛΕΥΚΕ
ΤΩΝ
ΕΜΠΙΕΡΙΑΙ
5
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝ
6
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
7
A
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
8
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ
9
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ
ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
10
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΘΕΟΥ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ
ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
ΑΑ



Deum, ut ſuſpectum originis amoveret.) Velut Demetrius innuere voluiſſet: licere quidem ſpurio, ſe dei filium compellare, minime vero patris exemplo deum, ad quam juris prærogativam, nonniſi ſucceſſori legitimo aditus pateret. Ob eandem quoque rationem, ut arbitror, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, id eſt fratris amans vocari voluit, non ſolum quia hic titulus paterno ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, id eſt amantis patrem reſpondebat, verum etiam quia alterum hoc cognomen illud ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, Benefici, quod Alexander ſibi arrogaverat, aliqua æmulatione compenſabat.

TABULA VII.

Equitis Abdy.

Ambo caput Jovis laureatum oſtentant: primi averſa Apollinem ſedentem cum adtributis, & ſuperiori epigraphe refert: alterius vero Palladem alatam ſtantem cum haſta, & clypeo d. victoriolam cum laurea ſuſtinentem repræſentat: eadem epigraphe præter adjectas notas ΣΙ., infra quas epocha ΗΞΡ. 168. Amborum bona cælatura nequidquam detrita. *Tab. VII. N.* 1. *&* 2.

De primo quod dicam, non habeo, niſi eum a Vaillantio adnotatum non eſſe, meque ſimiles parvæ formæ, ſed absque titulo ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. vidiſſe alios.

Secundum Sidone anno 168. æræ Seleucid. percuſſum literæ ΣΙ. indicare videntur, forſan ut Demetrio victoriam de rebellibus Antiochenis non ſine vitæ periculo, ut Joſe- *Ant. Jud. lib. XIII, cap. 9.*

K phus

phus adſerit, relatam gratularentur. Vaillantius *pag.* 272. aliud hujus regis numiſma prodit a Tyriis Sidoni vicinis eodem anno ſignatum, ex quo conficitur in more fuiſſe civitatibus Phœniciis iſtiusmodi gratulationibus fidem ſuam conteſtari. Extra omnem uſum, & forſan ſine exemplo eſt Pallas in hujus numi poſtica cum alis ſignata; (o) ſingularem hoc typo expeditionis celeritatem denotari puto, qua Demetrius brevi tempore ſeditioſos Antiochenos in ordinem redegit, non tamen incredibile, Demetrium hoc regum Macedonum tutelari numine generis ſui originem ab eis repetendam contra Alexandrum I. æmulum deſignaſſe, cum ob eandem rationem Seleucus Nicator Palladem elephantum quadriga vectam ſuo in argento ſignaverit.

D. Sadler.

Caput Jovis laureatum.)(Victoria cum palma, & laurea: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΘΕΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Bona artificis manus pari fortuna nitide ſervata. *Tab. VII. N.* 3.

Cum in numo nulla epocha ſit adnotata, conjectura adſequi non poſſum tempus, ad quod victoria in numismate ſignata ſit referenda; arbitror tamen ad eam, quam de Ale-

(o) In aureo perelegante Agathoclis numo ex theſauro Auſtriaco Vindobonenſi primum ab Ill. Com. Franc. Ant. Kevenhüller *Reg. Vet. Numis. Anecd. pag.* 178. deinde *T. I. Numis. Cimel. Cæs. pag.* 3. *Tab. I.* vulgato eodem habitu efficta Pallas Haymii conjecturam ſummopere confirmat.

Alexandro Bala reportavit, pertinere, hæc enim inter alias præcipua; idque eo magis, quia eodem typo memoratus Alexander, victo Demetrio Sotere hujus Demetrii patre, uſus fuerat, ut tum ex hoc ipſo libro *Tab. V. N.* 7. cum ex Vaillantio *pag.* 260. liquet.

Ejusdem.

Caput Demetrii barbatulum.)(Victoria, ut ſupra. Nec fabrica, nec conſervatio ſuo pretio carent. *Tab. VII. N.* 4.

Regis vultus quamvis barba obumbratus ejus tamen juventutem prodit, quare barbam aluiſſe exiſtimo, ut hoc etiam in cultu patri eſſet quam ſimillimus, quem ipſis oculis imagines Vaillantii *pag.* 238., & 239. objiciunt; id vero non parum commovere debebat ſubjectos eventu optimo, cum hæc ipſa filii ſimilitudo ſummam illis injuriam, qua patrem intruſus Alexander throno dejecerat, in mentem revocaret.

D. Wren.

Caput Demetrii II. diadematum, poſt quod M.)(Figura muliebris ſtans d. thyrſum, ſ. pomum tenet, capite ornato corona radiata, ſtrobilis duobus pini ex utraque parte dependentibus, ſub quibus duo aſtra, ex figura vero ipſa phalli, ſeu priapi votivi extant cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Demetrii Philadelphi Nicatoris.* Numus hic unicus ex optimo argento conflatus 246. grana Anglica ad-

dit, ſimulque tum ſcalpri elegantia, cum conſervationis pretio excellit. *Tab. VII. N.* 5.

Litera M. occipiti adpoſita officinam monetariam Marathi urbis Phœniciæ deſignare videtur, de qua Strabo *pag.* 512. *Marathus antiqua Phœnicum Civitas, nunc diruta.* De hujus conſtanti fide erga Demetrium ſcribit Vaillantius. *pag.* 319.

Lib. III. de Natur. Deor.

V. Dion. lib. LIII. Satur. lib. III. cap. 17.

Dea ſtolata figura eſt, ut aiunt, panthea, compoſitum ſcilicet aliquod ex omnibus deis Syriacis, quorum præcipua Aſtarte, ſeu Venus. Venerem enim, Aſtartemque idem numen eſſe teſtatur Cicero: *Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur &c.* Macrobius autem præcipuis Romani Panthei adnumeratam fuiſſe innuere videtur, ubi ait: *unio, qui ſuperfuit poſtea victa regina, & capta Ægypto, Romam delatus, diſſectusque eſt, & factæ ex una margarita duæ, impoſitæque ſimulacro Veneris, ut monſtruoſæ magnitudinis, in templo, quod Pantheum dicitur.*

Seldenus de Diis Syr. pag. 190. Macrob. Satur. I. c. 21. Hiſt. tripart. lib. II. c. 20. Sozomen. lib. II. c. 5. Socrat. lib. I. c. 18.

Inſuper Phœnice Terra Veneris eſt adpellata, quæ obſcœnis, infamibusque ritibus Aphacæ in monte Libano ad Adonidem fluvium colebatur in celeberrimo eo templo, quod ſubinde a Conſtantino imperatore dirutum, ſoloque eſt æquatum. Probroſum cultum multis deſcriptum reliquit Euſebius de Vita Conſtantini *lib. III. c.* 55. *Erat Schola quædam nequitiæ omnibus libidinoſis, & iis, qui multa licentia corrumpunt corpus ſuum; effæminati enim viri quidam, non viri, naturæ ſuæ dignitate abnegata, muliebri mollitie Deam placabant. Mulierum congreſſus illiciti, & furtivi coitus, infandaque, &*

tur-

turpia facinora in delubro illo, ut in loco impio, & profano admittebantur.

Notum alioquin Aſſyrios omnia numina ſub una Aſtarte comprehendiſſe Ægyptiorum exemplo, qui deos cunctos ſolo Baccho complecti ſolebant; id vero præſens quoque ſignum pantheum oſtendit, quod ſimul pomo, quod dea ſiniſtra ſuſtinet illud confirmat, quod antea adſeruimus, Venerem ſcilicet genitricem hac figura præcipue repræſentari: thyrſus ſiniſtræ Bacchi conjugis numen indicat, ſeu deam Liberam, ex qua Lampſaci in Phrygia Priapus, Syris Belphegor, natus: inde ejus latera phallis votivis, quos veteres contra faſcinum adhibere conſueverant, circumdata conſpiciuntur. *V. Diodor. Sicul. lib. IV.* *V. Lucian. de Syria dea.* *De diis Syris p. 138.*

Seldenus Aſſyrios, a quibus Syri exorti, & viri pudenda, & feminæ inſano profecto cultu adoraſſe teſtatur, & Xiphilinus de Pſeudo Antonino apud eundem autorem ita loquitur: *Leonem, ſimiam, & ſerpentem in ædes numinis incluſit, & pudenda virilia injecit.* Mox ſubjungit: *libens omitto, quidquid in mentem ſubire neceſſe eſt de obſcœnis membris, in Cybeles, Oſiridis, Bacchi myſteriis, adhibitis, & quod de ſacerdotum απαρχαις apud Ægyptios traditur, id eſt virilibus abſciſſis, & numini ſacratis.* Dein hæc Ptolemæi verba citat: *Sacra ſunt apud Aſſyrios membra generationi deſtinata; ob Solis, Saturni, & Veneris aſpectus, qui ſeminales ſunt.* *Ibid. p. 137.* *Seldenus ibid.*

Corona radiata deæ caput ambiens Soli, vel Junoni adtribui poteſt; pini ſtrobili ex utraque parte penduli Cybelem

De Syria dea. belem, aut Magnam Matrem denotant: aſtra capiti vicina Caſtorem, ac Pollucem repræſentare arbitror; veſtis ſpeciem illius refert, qua Lucianus ornatam in Syria obſervavit deæ ſtatuam pro Junone habitæ, quæ tamen aliquam cum Pallade, Venere, Luna, Rhea, Diana, Nemeſi, & Parcis ſimilitudinem habebat; quare & illud ſignum, ut noſtrum, Pantheum fuiſſe cenſeo.

Ad hujus explicationis finem duas inſcriptiones, quæ ad rem noſtram facere videntur, ex Grutero depromtas adferam.

Pro coronide demum illud adjungam, videri urbis Marathi cives præſenti numismate Cleopatræ Demetrii uxori ſub Liberæ deæ forma effictæ adulatos eſſe; Cabirorum vero, aut Dioſcurorum ſtellis Seleucum pariter, & Antiochum Cleopatræ ex Demetrio filios, Pollucis uni, alteri Caſtoris numine adtributo, deſignare voluiſſe, atque omnes illis Syriæ deos propitios augurari, cum priapi ipſi quocunque ex metallo conflati puerorum collo adpenderentur, ut eos a faſcino, omnique alio veneficiorum genere liberos præſtarent, quia rerum generatarum tutores habebantur, neque de alia cauſa idem ſignum in hortis dedicabatur.

Grute-

Gruterus *pag. XCV.*

ΤΡΤΦΩΝ. ΤΡΤΦΩΝ.

Hic ſculpitur ſtemma hominis mentulati auribus ſylvanorum in modum acutis. Utrinque adeſt corbis cum fructibus variis. ſupra eas a dextris adeſt clava nodoſior, a ſiniſtris falcula. Infra a dextris aſini caput, cui imminet dolabra ſacrificialis. In ſiniſtris item aſini caput, cum cultro oblongiori. In baſi legitur.

ΙΘΤΦΑΛΛΩΙ. ΚΟΡΤΝΗΦΟΡΩΙ.
ΚΗΠΟΦΤΛΑΚΙ.ΚΛΕΠΤΟΜΑCΤΙΓΙ
ΕΤΕΡΓΕCΙΑC.ΚΑΙ.ΕΤΔΟΚΙΑC.ΧΑΡΙΝ
ΛΑΜΨΑΚΙΩΝ. ΚΟΙΝΟΝΙΑ.

Gruterus ibid.

PRIEPO
PANTHEO
P. P. AELII
VRSIO. ET. AN
TONIANVS. AE
DILES. CL. APVL
DICAVERVNT
SEVERO.ET.IOVINIANO.
(p) COS.

(p) Mendum quadratarii expunctum eſt in editione recentiore. an. CIↃIↃCCVII. ſubſtituto SABINIANO, quem cum Severo anno V. C. 907. Cos. fuiſſe comprobat marmor alterum apud eundem *pag.* DCVII. I.

Equitis Roberti Abdy.

Caput muliebre.)(Cornu copiæ cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΤΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. ΗΞΡ. *Regis Demetrii* anno 168. Cælatura mediocrem conſervationem exſuperat. *Tab. VII. N. 6.*

Hocce femineum caput omni numinis alicujus ſigno deſtitutum Cleopatræ absque dubio adtribuendum cenſeo, quæ a patre ob illatas, ut diximus, injurias Alexandro ademta Demetrio II. eſt collocata; quamvis adulans artificis manus hoc ex vultu eluceat, quæ eam multo venuſtiorem effinxit, quam in numis *Tab. VI. N.* 7. propoſitis viderimus.

Quid

Quid ſibi averſæ partis duplex epocha in nullo alio, quod ſciam, numismate ſignata velit, ignoro. Cleopatram anno 168. Demetrio nuptam fuiſſe, certam hiſtorici fidem faciunt, atque nunc exhibita moneta confirmat. Demetrius vero hoc matrimonio (Ptolemæo ſcilicet Philometore ſocero juvante) paternum ſceptrum recepit: quare, ut ego quidem arbitror, gratum ſuum animum patefacturus, Cleopatram in antica, in poſtica vero cornu copiæ feriri juſſit; huic enim uni & tyranni expulſionem, & pacis tranquillitatem debebat, qua rerum omnium affluentiam in Syriacum regnum reduxit.

ANTIOCHUS VII. ΘΕΟΣ.

ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ.

Hujus numi rariſſimi.

Joſeph. Ant. lib. XIII. c. 12.

Antiochus VII., Vaillantio *pag.* 274. VI., (q) Alexandri Balæ, & Cleopatræ filius admodum puer a Diodoto æmulus Demetrio II. in Syriaco throno eſt oppoſitus Olymp. CLVIII., anno 145. A. X., æræ Seleucid. 168., quo eodem tempore laudatus Demetrius in Syria, & Phœnicia regnabat: Antiochum poſt duos, aut tres imperii annos e vita ſuſtulit Diodotus, regnoque ſubinde potitus, Tryphonis nomen aſſumpſit; neque Appianus Alexandrinus officit, qui hunc

(q) Errorem ſuum confeſſus eſt Vaillantius in hiſtoria Ptolemæorum regum Ægypti *pag.* 100., atque Alexandri Balæ filium Antiochum Epiphanem Dionyſum tum ex epocha ΗΞΡ, cum ex numorum Tryphonis typo ſimili agnovit.

hunc regem Alexandrum adpellat, utpote contra conſentiens hiſtoricorum teſtimonium, & numi a Vaillantio *pag.* 281. exhibiti autoritatem.

Nullum hujus regis mihi ſaltem notum numisma in Anglia adſervatur, atque D. Maſſon ſe per plura ſua itinera, nonniſi unum Magni Ducis Florentiæ, a Vaillantio *pag.* 281. productum, deprehendiſſe mihi adſeveravit; illud tamen hic monendum, titulum ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. non eo in loco, quo laudatus autor poſuerat, ſed ſub Jovis ſigno in infima numi parte, eſſe collocatum. (r)

TRYPHON. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

Hujus ærea numismata non obvia, argentea rariſſima.

Tryphon, dictus antea Diodotus, ſublato impiis artibus juvene rege Antiocho, Syriacum regnum uſurpavit Olymp. CLIX., anno A. X. 143., æræ Seleucid. 170. Poſtquam quinque annos imperaſſet, ab Antiocho Sidete Demetrii apud Parthos captivi fratre victus, & interfectus eſt.

D. Sadler.

Caput Tryphonis diadematum.)(Galea cum penna, aut cornu, & ſtella inferius: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΤΡΥ-

(r) Cel. Frœlichius ex numi gemini imagine ab excell. Fawknero transmiſſa cognomen ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. ad Antiochum XII. referen-

ΤΡΥΦΩΝΟΣ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. *Regis Tryphonis imperatoris.* Inſignis artificii numus optime ſervatus. *Tab. VII. N.* 7.

Monetam hanc æri incidi, ut verum ejusdem ectypon a Vaillantio nequaquam ſincere exhibitum haberetur, cujus tamen autoris erudita explicatio *pag.* 295. adlata lectori ſufficiet.

ANTIOCHUS VI. ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ. vulgo SIDETES.

Hujus numi poſt annum 174. *cuſi frequentes.*

Joſeph. Ant. lib. XIII. Juſtin. lib. XXXVIII. & XXXIX. App. Syr.

Antiochus VI., Vaillantio VII. filius Demetrii Soteris natu minor, ac Demetrii Nicatoris frater, ducta hujus apud Parthos capti uxore Cleopatra, Tryphonem bello adortus vicit, ac interfecit, ingentibusque difficultatibus exſuperatis paternum thronum conſcendit Olymp. CLX., anno A. X. 139., æræ Seleucid. 174. In Phraatem Parthiæ regem Arſacis ſucceſſorem ducto exercitu libertatem, quam poſtulaverat Demetrii fratris, etiam extorſit; aſt ſubinde a Parthis, in quos arma reſumſerat, in fugam, ac deſperationem actus ſibimetipſi violentas intulit manus, poſtquam ſolus novem, cum fratre vero undecim annos imperaſſet, ut numus *Tab. V. N.* 4. *& pag.* 58. exhibitus edocet. Autores de regiminis annis multum diſſentiunt, aliis ſeptem, novem aliis, aut duo-

Ant. Jud. lib. XIII. c. 12., *&* 16.

---

ferendum docet: *Ann. Reg. Syr. Proleg. P. III. c.* 5. *pag.* 48. *edit. poſt.*

duodecim adtribuentibus; regem hunc maximis laudibus celebrat, ac Pii nomine adpellat Joſephus hiſtoricus.

D. Sadler.

Caput Antiochi diadematum.)(Aquila pede proræ navis inſiſtens: inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΟΡ. *Regis Antiochi* anno 174. Argenteus, atque elegans numus nihil ab ætate eſt perpeſſus. *Tab. VII. N.* 8.

Ad numum hunc a Vaillantio *pag.* 304. alioquin exhibitum, atque explicatum recudendum unica me ſimilitudinis ratio impulit. Illud monebo, Tyri eum percuſſum, id quod clavæ impoſitum monogramma luculenter commonſtrat: titulos tamen: ΙΕΡ. ΑΣΥ. *Tyri Sacræ Aſylæ* a Vaillantio obſervatos nullo modo inveſtigare potui: ex imagine a me ſumma diligentia æri inciſa lector ipſe hac ſuper re arbitrabitur.

Equitis Abdy.

Prora navis.)(Tridens cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. *Regis Antiochi Benefici.* Mediocrem fabricam compenſat conſervationis nitor. *Tab. VII. N.* 9.

Excell. Ducis de Devonshire.

Prora navis.)(Tridens multis ornamentis condecoratus: inſcriptioni ſuperiori addita eſt epocha ΔΟΡ. anno

 174.

174. A prioris numi optima conſervatione, & opere mediocri non differt. *Tab. VII. N.* 10.

Duorum horum numiſmatum & typus, & fabrica ſimilis eodem hoc in loco, eademque occaſione fuiſſe ſignata indicat; meam de poſteriore ſententiam adferam, cum de iſto ob adjectam epocham certius aliquid minori negotio ſtatui poſſit, id quod prioris explicationi eadem opera ſerviet. Sidone (ubi numum percuſſum puto) ipſo anno 174. degebat Cleopatra, inveſtigatoque Antiocho Evergeti, hinc inde metu Tryphonis vagabundo, nupſerat; is vero non exiguis, quæ cum regia principe erant, copiis collectis atque in Tryphonem tyrannum ductis Dor, aut Dora oppidum Phœniciæ ultimum, quo ſe receperat, obſidione preſſum cepit. Cum munitiſſimam eam urbem non terra ſolum, ſed & mari cingere oporteret, ſuppeditatam illi a Sidoniis fuiſſe claſſem perquam eſt probabile, has ſuppetias quidni prora navis, ac tridens denotet?

Lepide de hujus numi epocha ΔOP. ludere liceret, velut ſimul urbis Dor eo anno obſeſſæ, & captæ nomen deſignaret, niſi hæc per Ω. ſcriberetur; ornamentum literæ Δ impoſitum tum quoque ſtudio adjectum diceremus, quo indicaretur, non ſecus ac τὸ P eſt epochæ ſigla præcipua, Δ item primum nominis ejus urbis eſſe elementum.

ANIM-

ANIMADVERSIO
IN DUOS DEMETRII NICATORIS NUMOS, QUI HISTORIAM ANTIOCHI EVERGETIS ILLUSTRANT.

Sententiam hic meam de duobus Demetrii Nicatoris numis a Vaillantio relatis premere nequaquam poſſum, qui ut non exiguam in illius annales confuſionem inducunt, ita non mediocrem hiſtoriæ Antiochi Evergetis *pag.* 58. *&* *ſeq.* a me recenſitæ lucem adferunt.

Laudatus autor *pag.* 289. numum Demetrii Sidone anno 174. ſignatum refert, qui regem hunc contra ſacrorum bibliorum autoritatem, quæ eum jam anno 172. captum volunt, liberum præſtat. Alium *pag.* 308. exhibet Demetrii nomine in Tyriorum officina anno 180. procuſum, qui, quam primo intuitu rationem offendit, tam Antiochi Evergetis numismatibus, quæ eum tum temporis, fratre apud Parthos detento, Syriæ præfuiſſe docent, adverſari videtur.

Quia ambo numismata non ſolum cum hiſtoria, verum etiam ſecum ipſis incredibili conflictu pugnant, quemadmodum Vaillantio ita & mihi hæreret aqua, niſi alter numus Antiochi epocha BΞP, 162. inſignis, atque a me ante Alexandrum collocatus ſuppetias veniret; veramque horum ſignificationem, cujus ignoratio tantarum tenebrarum cauſa fuit, retegeret; hic enim Antiochum, de quo loquimur, ac Demetrium Nicatorem ſemper ſimul, & quidem concordia ſumma regnaſſe mihi vel invito perſuadet: ad rem ipſam progrediamur.

Sacrarum imprimis literarum codicem nequaquam errare, cum Demetrium jam anno 172. ab Arſace Parthorum rege captum adſerit, pro certo, ut condecet, habeo: primum deinde Demetrii numum anno 174., alterumque ejusdem anno 180. ab Antiocho Evergete pro fratre apud Parthos captivo cuſos fuiſſe arbitror; ſi enim tot. annis ſimul, ut dixeram, imperarunt, Demetrio & abſenti jus in regnum fuiſſe quis negaverit? Creſcit argumenti vis ex indole Antiochi, quam in hoſtes etiam benignam deprædicat Joſephus; an hunc principem adeo ingrato in fratrem nobis fingemus animo, ut ejus ruinis fortunam ſuam ſuperſtrueret? Quin certus prope ſum, monetam Demetrii nomine feriri juſſam a fratre, qua eum & regni collegam profiteretur, & ſtudium, reipſa dein comprobatum, eum prima quaque occaſione liberandi, commonſtraret.

Ant. Jud. lib. XIII. c. 16.

Meam hanc ſententiam amplecti qui voluerit, hiſtoriam cum numis nullo pene labore conciliabit; contra qui pertinax ob hiſtoricorum ſilentium negaverit fratres ſimul regnaſſe, ſtupidos veteres, ac ſine conſilio fateri, ipſamque antiquorum monumentorum autoritatem evertere cogetur; id quod communi ſapientum ſenſui eſt adverſum.

TABVLA VIII.

Excell. Ducis de Devonshire.

Amoris caput humeris alatis.)(Flos loti, infra quem palma: inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ϚΟΡ. *Regis Antiochi Benefici* anno 176. Ad conſervationis perfectionem adcedit fabricæ elegantia. *Tab. VIII. N.* 1.

Caput


1
D
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
2
D
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
ΣΙ
ΗΞΡ
3
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙ
ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
4
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
5
D 1/4
M
ΑR
ΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΚΑΤΟΡΟΣ
6
A
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΗΞΡ
7
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
8
C
ΑR
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΔΟΡ
9
C
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
10
C 1/2
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΔΟΡ

Caput Amoris typus eſt tam frequens in hujus Antiochi numiſmatibus, quam ceterum in moneta regum Syriæ inſolens, & a Vaillantio prætermiſſus: conſulatur hic autor *pag.* 305. de titulo ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. & *pag.* 306. de flore loti, quibus explicandis propterea ſuperſedeo; id ſolum adjicio, me cenſere, Evergetis, ſeu Benefici cognomen, ut Alexandrum, qui immerito ſane illud primus tulerat, perſtringeret, adſumſiſſe Antiochum, cui, ſi Joſepho fides, præ aliis conveniebat. *Ant. Jud. lib. XIII. c. 16.*

Cum enim Hyrcanum in arce Hieroſolymitana arcta obſidione ſtringeret, ac circumvallati Hebræi ſeptem dierum inducias ad tabernaculorum feſtum celebrandum poſcerent, religionis reverentia tactus, quamvis hoſtis, eas obſeſſis non indulſit ſolum, verum etiam annonam, quæ præſidii arctiſſimam penuriam levaret, victimas in ſacrificia, vaſa aurea, atque argentea pretioſis ſuffimentis repleta, quæ ſuper altari incenderentur, ſubmiſit; qua munificentia adductus Hyrcanus pace inita Antiochum intra urbis mœnia cum exercitu recepit, & ter mille talentis e Davidis ſepulchro depromtis donatum, pactoque fœdere ad bellum Parthicum eſt comitatus.

In muſeis hactenus indicatis omnes fere a Vaillantio *pag.* 307. adnotatas epochas capiti Amoris, ut in præſente, adjunctas inveni, in horum vero aliquibus ad florem loti aut palma, aut ſtella, aut clava &c. ſubjiciuntur, quæ urbem, in qua numus cuſus, ut Vaillantius præclare obſervavit in pluribus ſui operis locis, deſignant.

DEME-

DEMETRIVS. II. *REDUX.*

Id genus numi rariſſimi.

Juſtinus lib. XXXVIII. Demetrius II. mortuo Arſace Parthorum rege, cujus ſororem Rodogunem duxerat, in poteſtatem venit Phraatis, qui Tigrani (s) ſucceſſerat, cumque ſæpius ſe in libertatem adſerere fruſtra tentaſſet, ab Antiocho tandem Evergete fratre e vinculis liberatus thronum iterum con- *Appianus.* ſcendit Olymp: CLXII., anno 131. A. X., æræ Seleucid. 182., aſt ſubinde a Cleopatra uxore ex odio in Rodogunem æmulam eſt occiſus; alii vero eum ab Alexandro Zebina prælio victum, ac Ptolemaidem, ubi Cleopatra uxor erat, fugientem urbe excluſum narrant, unde Tyrum ſe *Joſeph. Ant. Jud. lib. XIII. c. 17.* receperit, ibique quarto poſt reditum anno captus, multaque perpeſſus miſerabiliter perierit.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Demetrii reducis diadematum barba promiſſa.)(Animal, cui figura d. ſertum, ſ. craterem tenens inſiſtit: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΘΕΟΥ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Demetrii Dei Nicatoris.* Numus hic argenteus unicus & opere, & conſervatione maximi faciendus. *Tab. VIII. N. 2.*

Demetrius a Parthorum poteſtate liber reſumto Syriaco ſceptro earum gentium moribus, quæ in ſervitute, aut aliis

(s) Librarii errorem in Prologo Trogi ad *lib. XLI.* ſecutus eſt Haymius; quare cognomen Mithradatis alteri *Tigranis* ſubſtituendum.

aliis infortuniis barbam alebant, ſe adcomodavit, uti cum ex Vaillantio *pag.* 314., tum ex hoc ipſo numiſmate patet, quod Tarſus Ciliciæ ad flumen Cydnum oppidum Demetrio reditum gratulans percuſſit.

Duos Tarſenſes numos Begerus noſtro averſa parte ſimiles exhibet; figuram ſtantem Sardanapali eſſe contendit, urbis hujus conditoris, cui coronam, & poculum luxus indicia, & ſuppoſitum animal, quod lupum cervarium arbitratur, voracitatis ſymbolum, optime convenire adfirmat; qui laudatum autorem legerit, ea, quæ adtuli, pluribus explicata reperiet. *Theſaur. Brand. T. I. pag. 507.*

ALEXANDER II. ZEBINA.

Hujus numi obvii.

Alexander II. Ægyptius, ac teſtante Juſtino Protarchi mercatoris filius, inſigni profecto mendacio ſe ab Antiocho Evergete adoptatum dixit: Ptolemæi Phyſconis Ægypti regis auxilio Syriacum regnum occupavit Olymp. CLXII., anno 129. A. X. æræ Seleucid. 184., & ſex circiter annis obtinuit. *Lib. XXXIX.*

D. Sadler.

Caput Alexandri II. diadematum.)(Bacchus nudus ſtans cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΔΠΡ. *Regis Alexandri* anno 185. Exquiſitum artificium a

M tem-

temporis injuriis intactum. *Tab. VIII. N.* 3. Annus hic 184. primus eſt imperii Alexandri. *V. Vaill. pag.* 317.

D. Sadler.

Caput radiatum.)(Duo cornua copiæ, & literæ A. Π. inſcriptio ſuperior. Numus pene illæſus. *Tab. VIII. N.* 4. *V. Vaill. pag.* 324.

Hæc duo numismata, quæ alioquin prodidit Vaillantius, ut eorum veræ imagines habeantur, tantum retuli, ceterum ejus autoris explicatio conſulatur.

Equitis Roberti Abdy.

Caput Alexandri diadematum.)(Anchora cum priori epigraphe, & epocha ΔΠΡ. anno 184. Egregiæ fabricæ nihil cedit conſervatio. *Tab. VIII. N.* 5.

Annus 184. in primum, ut diximus, Alexandri incidit : anchoram vero poſticæ ab eo impreſſam arbitror, ut aliqua veritatis ſpecie fraudem confirmaret, qua ſe in Seleucidarum familiam adſcitum mentiebatur, cujus illa ſignum erat proprium, ut pluribus ſuperius oſtendimus : en ipſa Juſtini verba, quæ conjecturæ meæ veritatem firmant: *Et ſompoſita fabula quaſi per adoptionem Antiochi regis receptus in camiliam regiam eſſet, &c. lib. XXXIV.*, & paulo poſt: *Interea corpus Antiochi interfecti a rege Parthorum, in loculo argenteo ad ſepulturam in Syriam remiſſum pervenit: quod cum ingenti ſtudio civitatum, & regis Alexandri, ad firmandam fabulæ*

bulæ fidem excipitur: quæ res illi magnum favorem popularium conciliavit, omnibus non fictas in eo, ſed veras lacrymas exiſtimantibus. ibid.

D. Sadler.

Caput Alexandri leonis exuviis tectum.)(Victoria cum palma, & laurea: inſcriptio eadem. Conſervatio optima. *Tab. VIII. N. 6.*

Caput Alexandri Zebinæ pelle leonis ad imitationem Alexandri M., ut Alexander Bala fecerat antea, tectum cenſeo. *Vide Vaill. pag.* 259. Victoriam vero ad annum Alexandri tertium, æræ autem Seleucid. 186., quo ille Demetrio Nicatore cæſo totius regni potitus eſt, refero.

Hæc vero in mentem revocant ea, quæ Juſtinus *lib. XXXIX. cap.* 2. narrat: *Fit deinde inter reges* (Alexandrum, & Antiochum Grypum) *prælium, quo victus Alexander Antiochiam profugit; ibi inops pecuniæ, cum ſtipendia militibus deeſſent, templo Jovis ſolidum ex auro victoriæ ſignum tolli jubet, facetis jocis ſacrilegium circumſcribens: nam victoriam commodatam ſibi ab Jove eſſe dicebat.*

D. Sadler.

Caput muliebre corona hederacea, & fluentibus capilli cincinnis ornatum.)(Mulier modium capite, d. temonem, ſ. cornu copiæ gerit: epigraphe eadem. Fabri-

ca ſingularis, nec minimum detrita temporis edacitate. *Tab. VIII. N.* 7.

Vaillantius *pag.* 329. Alexandro II. ſimilem pene numum adſcribit, qui tamen aut a noſtro diverſus, aut ita corruptus erat, ut eruditus autor ſexus diſcrimen in antica obſervare non potuerit. Illud certum, ut retulimus, noſtri numismatis caput muliebre, & meo quidem judicio uxoris Alexandri eſſe, cujus tamen & gentem, & nomen hiſtoricorum reticentia ignoramus; quia tamen effigies hæc Bacchi, qui vultu etiam femineo repræſentatur, videri poſſet, liberam eruditis relinquo ſententiam: averſæ explicatio apud Vaillantium loco indicato habetur, cui nihil addendum, niſi figuram modium ſuſtinentem Ægyptiacum eſſe numen ad Alexandri forſan originem referendum.

SELEUCUS V. Demetrii Nicatoris ex Cleopatra filius ſceptro matre invita arrepto mortem ſibi ab eadem concivit.

Nulla hujus regis moneta eſt adhuc prodita ob ejus, ut mihi videtur, regnum breviſſimum.

ANTIOCHUS VIII. ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
Agnomine *GRYPUS.*

Numi hujus regis frequentes.

Cleopatra ex Demetrio II. Seleucum, & Antiochum Grypum, qui Athenis eſt educatus, filios habuit; hæc Demetrio marito e medio ſublato filium natu majorem, ut Appia-

pianus narrat, ſagittis confici juſſit, aut ne paternam ulciſceretur cædem, aut ne omnem arriperet regiam poteſtatem. Grypus vero imperio per Ptolemæum obtento, & matre Cleopatra ad venenum, quod ſibi filio paraverat, epotandum coacta patris una, ac fratris manes juſta vindicta placavit, quartoque Alexandri anno regnare cœpit Olymp. CLXIII., anno A. X. 126., æræ Seleucid. 187., actisque 30. circiter in regno annis, & quadrageſimo quinto ætatis ab Heracleone per proditionem eſt occiſus teſte Joſepho *Ant. Jud. lib. XIII. cap.* 21.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Antiochi VIII. radiatum.)(Miles ſtans cum haſta &c.; (t) inſcriptio: ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Laodicenſium ſacræ, & ſuis legibus utentis. Tab. VIII. N.* 8.

Nolim aliquos mirari, me numum hunc unicum Antiocho VIII. tribuere; etenim capite cum aliis regum ejusdem nominis probe collato ad hunc certo referendum deprehendi: quid enim eſt, quod prominens aquilinus naſus optime non conſentiat cum Juſtino adfirmante: *Propter naſi magnitudinem cognomen Grypo fuit.* Eminentiſſimus Cardina-

(t) Haymii numum detritum fuiſſe ex ipſa cælatura adparet; ſupplet autem geminus numus Pariſinus, in cujus averſa Diana ſtans d. haſtam, vel facem, ſ. arcum cum duabus ſagittis tenet ad humeros eminente luna. *V. Recueil de Medailles de Rois Paris 1762.*

lis Noriſius *De Epoch. Syromac. diſſert. III. pag.* 278 numum profert Laodiceæ maritimæ, cujus pars averſa melius conſervata ad detritum typum noſtræ diſcernendum multum conferet, inſcriptione ceterum diverſa.

Urbem Laodiceam ſacram, ac propriis legibus uſam fuiſſe ignoraremus adhuc, niſi rariſſimum hoc numisma patefaceret; nullus enim antiquariorum, quod ſciam, ejusdem mentionem facit, unicum Goltzium ſi excipias, qui in ſuo theſauro numum Trajani Decii exhibet cum inſcriptione: ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΤΗС. ΙΕΡΑС. ΚΑΙ. ΑСΥΛΟΥ. Cum tamen is autor ab eruditis ſæpius reprehenſus fuerit, non niſi dubia pro numis ab eo productis fides obtinenda videtur, ſi ab alio nemine, ut is, de quo loquor, ſunt obſervati. Literas in ima averſæ parte poſitas, quæ aut ΚΛ, aut ΚΑ, aut ΚΔ eſſe poſſunt, monetarii, non autem epochæ notas arbitror.

D. Sadler.

Caput muliebre diadematum.)(Fax, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Αϙρ. *Reginæ Cleopatræ, & regis Antiochi* anno 191. Numi affabre alioquin exſcalpti pretium auget ſingularis conſervatio. *Tab. VIII. N. 9.*

Hæc eadem eſt Cleopatra, de qua antea diſſeruimus, Alexandri I. uxor, ſubinde Demetrii Nicatoris, hocque capto Antiochi Evergetis; regnandi cupiditate excœcata femina, ut aliqui volunt, necem proprio marito Demetrio e

Par-

Parthia reduci intulit, Seleucum filium natu majorem, qui mortuo patre ea inſcia regnum adiverat, ſagittis confodit, imperiique ſolum nomen Antiocho Grypo conceſſit; ſolum inquam nomen, regiam enim poteſtatem ſibimetipſi retinuit.

Cum vero & Antiochum maternæ autoritatis impatientem videret, eum veneno perimere tentavit; at in eam ipſam, ut memoravimus, converſa ſceleris machinatio ultimam illi perniciem adtulit a filio ad ſibi paratum venenum hauriendum coactæ: minori hæc Agrippinæ Neronis matri, ſi feminarum, ut virorum Plutarchus ediderat, parallela eſſent facienda, comparari poſſet. Anno æræ Seleucid. 191. ſupremum obivit diem Cleopatra, ut ipſæ comprobant monetæ juxta Vaillantii *pag.* 338., & 339. adcuratam obſervationem.

Animadverſione dignum eſt, in numo Alexandri I. Cleopatram ſeniorem repræſentari, quam in hoc, qui eam tamen 55. annos ad minimum natam exhibebat; quare, cum eam venuſtiorem, & juniorem in Demetrii II. monetis viderimus, id ipſius Cleopatræ ambitione factum arbitror, ac artificum aſſentatione, qui eam poteſtate, ac autoritate creſcentem juveneſcere finxerint; quapropter hoc in numiſmate eo tempore percuſſo, quo illa, ut ita loquar, ſola dominabatur, cura ſumma cavendum erat, ne vel leviter feminæ ſuperbiam offenderent. Sola hæc Cleopatra inter Syriæ reginas arroganti titulo ΘΕΑΣ. ornata comparet. *Vide Vaill. pag.* 337.

Poſticam in ſequentis numi recenſione explicabimus.

Equi-

Equitis Roberti Abdy.

Caput muliebre cum modio.)(Fax cum epigraphe, & epocha eadem. Cælo exquiſito vix aliquid temporis diuturnitate eſt detractum. *Tab. VIII. N.* 10.

Sub Iſidis Ægyptiacæ deæ forma eadem Antiochi VIII. mater Cleopatra, originis oſtentandæ cauſa repræſentatur, non ſine exemplo numismatum Alexandri tempore ſignatorum, ut videbis in Vaillantio *pag.* 255.

Fax in amborum numismatum averſa poſita ad Bacchum eſt referenda: *Satyri enim in Bacchica pompa a Ptolemæo Philadelpho ordinata lampadas geſtabant. Vaill. pag.* 383., quod ipſum meam *pag.* 69. adlatam ſententiam, qua Cleopatram Bacchi ſacerdotem adſerui, conſtabilit.

TABVLA IX.

Equitis Roberti Abdy.

Caput feminæ tutulatum cum pharetra in ſpeciem Dianæ.)(Apollo nudus cum adtributis, & inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥ. Mediocris cælatoris opus, cetera integrum. *Tab. IX. N.* 1.

Cum Dianæ protome in Syriacis monetis ſit inuſitata (u), atque reginas ſub hujus deæ forma repræſentatas proba-

(u) Frequentiores regum Syriæ numi Dianam referentes adſervantur Pariſiis. *V. Recueil de Medailles de Rois. Paris 1762.*


1
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
Æ
2
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΘΕΟΥ
ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
AR
3
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΔΠΡ
Æ
4
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Α
Π
Æ
5
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΠΡ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
6
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
7
B
ΣΙΛΕΩΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
Æ
8
C
ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ
ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ
ΚΛ
Æ
9
A
ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ
ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ
ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΑΨΡ
Æ
10
A
ΒΑΣΙΛΙΣΣ
ΚΛΕΟΠΑΤΡ
ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΑΨΡ
Æ

babile videri, non uno loco ſuperius commonſtraverimus, his, aliisque argumentis adductus Tryphænem ſecundam Phyſconis filiam, primamque Antiochi uxorem, aut Cleopatram Selenem tertiam Phyſconis filiam, alteramque ejusdem Antiochi uxorem hac effigie exhiberi arbitror; abſente vero omni diſcriminis indicio, utri ex his adtribuenda ſit hæc imago, ſtatuere non audeo. Eruditi Begeri in theſauro Brandeburgico ſapiens eſt ſententia, qua numos & Epiphanis cognomine, & titulo ΘΕΟΣ. ſignatos Antiocho VIII., non IV., adcenſet, quod ex ipſis illis, quos Vaillantius refert, adparet.

Harum duarum principum hiſtoriam multis perſequitur Juſtinus *lib. XXXIX. cap.* 3, & 4., ubi Tryphænis in Cleopatram Cyziceni uxorem, propriamque ſororem ſævitiem promerita ſubinde caſtigatione perſtrictam non ſine horrore percurrit oculus.

ANTIOCHUS IX. ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ.

dictus *Cyzicenus.*

Hujus numi raris adnumerandi.

Antiochus IX. Antiochi Evergetis ex Cleopatra filius, & Antiochi VIII. uterinus frater a Cyzico educationis loco Cyzicenus eſt adpellatus: bello Antiocho VIII., quem ſibi venenum parare intellexerat, illato primum victus, reſtituto autem exercitu victor deinde abiit. Regno potitus eſt Olymp. CLXVI. anno 114. A. X., æræ Seleucid. 199,

Appianus. Juſtin. lib. XXXIX.

N &

& 13. Grypi. Poſtquam Syriæ parti annis 17. præfuiſſet, a Seleuco VI. patruelis filio victus, captus, ac occiſus eſt. *Vide Joſeph. Ant. Jud. lib. XIII. cap.* 21.

D. Sadler.

Caput diadematum modice barbatum.)(Fulmen alatum, & inſcriptio : ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΘqP. *Regis Antiochi Philopatoris.* anno 199. Elegans artificium penitus ab adroſione intactum. *Tab. IX. N.* 2.

In Urbe Seleucia numus iſte percuſſus eſt. *Vide Vaill. pag.* 348.

Ducis de Devonshire.

Caput imberbe diadematum.)(Juppiter ſedens cum haſta, & victoria : inſcriptio eadem. Eximii artificis opus vix aliquid ætate de ſua elegantia perdidit. *Tab. IX. N.* 3. *Vide Vaill. pag.* 364.

Hæc duo jam a Vaillantio adlata numiſmata ideo ſolum reſtitui, ut quantum vultuum ductus differant, obſervetur.

Equitis Roberti Abdy.

Caput galeatum.)(Prora navis cum priori epigraphe. Artificio venuſto pepercit tempus. *Tab. IX. N.* 4.

Caput galeatum Antiocho IX., quamvis a ceteris ejuſdem numis vultus aliquantum differat, adjudico. Prora na-

navis monetam ab urbe aliqua maritima, quæ Antiocho victoriam de Grypo fratre gratulatur, ſignatam eſſe indicat.

Equitis Abdy.

Caput Jovis laureatum.)(Pallas galeata d. aquilam ſuſtinet, ſ. in clypeo nixa: inſcriptio eadem: fabrica, & conſervatio mediocritatem non multum excedunt. *Tab. IX. N.* 5.

Cum Juppiter a multis Syriæ urbibus ſingulari religione fuerit cultus, locum, in quo præſens numisma cuſum ſit, pro certo adſerere nequimus; Palladem vero poſticæ ad Macedonicam regum Syriæ originem referendam ſæpius jam repetiimus.

Equitis Abdy.

Caput Amoris cum prominentibus alatis humeris.)(Victoria d. ramum tenet: epigraphe prior. Pulcher opificis labor conſervatus eſt. *Tab. IX. N. 6.*

Amoris typum in regum Syriæ numis inſolentem eſſe ſub Antiocho Evergete jam monueram. Victoria averſa parte percuſſa eam denotat, quam Antiochus Philopator de Grypo fratre reportavit.

SELEUCUS VI. ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΝΙΚΑΤΩΡ.

Hujus numi ſingulari raritate præſtant.

Seleucus VI. Antiocho Grypo ex Tryphæne natus patre demortuo in Syriæ parte regnum eſt exorſus Olymp. CLXX., anno 97. A. X., æræ Seleucid. 216. ſtatimque Antiochum Cyzicenum patruum bello adgreſſus ſuperavit, & univerſam Syriam, atroci crudelitate, ac ſæva tyrannide oppreſſurus occupavit; verum a Syris ipſis captus, vinctus, ac in gymnaſio Mopſueſtiæ in Cilicia combuſtus eſt poſt duorum circiter annorum regnum, ut Appianus narrat.

D. Sadler.

Caput diadematum.)(Tripus cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Seleuci Epiphanis Nicatoris.* Artificium bonum conſervatione optima aliquantum inferius. *Tab. IX. N. 7.*

Numum a Vaillantio *pag.* 366. prolatum exhibeo, ut, quantum a ſequenti vultus forma differat, videri poſſit. De tripode Apollinis adtributo ſuperius locuti ſumus.

Ill. Comitis de Pembrock.

Caput diadematum.)(Pallas galeata ſ. ſcutum, & haſtam, d. Victoriolam tenet: inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΝΕΙΣΙ.

Nu-

Numus argenteus ab artifice perito elaboratus, ac integerrimus 232. grana Anglica adpendit. *Tab. IX. N.* 8.

Quamvis multi, iique ſua in re maxime verſati antiquarii de hoc Seleuci VI. numismate ſcripſerint, nullus tamen literarum ΝΕΙΣΙ, quæ in eo conſpiciuntur, explicationem eſt adgreſſus, unum P. Harduinum, qui eas breviter adtigit, ſi excipias. Triſtanus *Tom. II.* in additionibus ſilentio hoc ænigma præterit, idemque poſt eum diſſimulat Patinus in ſuo theſauro *edit. in quarto pag.* 27., qui numum Seleuco I. adtribuit imprudens. Vaillantius non tacet modo, ſed etiam, ut illius hiſtoriam regum Syriæ *pag* 368. adtente examinanti patebit, has literas primum inciſas, ex cælatura eraſit ſubinde. Begerus in *Theſauro Brand. Tom. I. pag.* 258. literam N pro AP conjunctis urbem Aradum, ubi numum percuſſum putat, deſignantibus accipit, ex reſiduis vero literis ΕΙΣΙ. epocham ΕΙΣ. comminiſcitur, qua in re certo hallucinatum eſſe conſtat, cum aperte legatur ΝΕΙΣΙ. id eſt *Neiſibienſes.*

P. Harduinum ſequar, qui numum a Niſibi perantiqua, atque nobiliſſima Meſopotamiæ in provincia Mygdonia trans Euphratem Tigri vicina urbe, ſignatum arbitratur. Strabo *lib. XVI.* de ea loquens ita habet: *in quibus & Niſibis eſt, quam Antiochiam Mygdoniam adpellarunt ſub monte Maſio poſitam.* Et Plutarchus in Lucullo: *Transgreſſus* (ex Armenia) *Taurum, in regionem, quæ Mygdonia adpellatur, venit fertilem, & apricam, in qua urbs ampla, & populoſa erat: Niſibin barbari, Græci vocabant Antiochiam Mygdonicam.*

Ex hoc itaque numiſmate inferri videtur, Seleucum VI. hanc Syriæ partem obtinuiſſe, ac regiam forſan ſedem Niſibi fixiſſe, cum præſertim a Meſopotamia his regibus primum fuerit nomen, uti teſtantur: *Strab. lib. XVI.*, *Juſtin. lib. XV. Appian. de Bell. Syr. Arrianus apud Photium*, *&c.* Hic unicus eſt, quem viderim, numus, qui horum regum ditionem ad Tigrim uſque pertinuiſſe oſtendat.

Neque illud prætereundum, literarum a me diligenter inciſarum formam ab aliis Syriacorum numiſmatum characteribus diverſam eſſe: unde profectum videtur, ut Vaillantius, & Begerus inſcriptionem difficilius legerint, cum iidem in ipſius etiam typi parte diſtinguenda difficultatem experti fuerint; ille enim acroſtolium vidit, quo errore ſapienter notato, palmæ ramum obtruſit Begerus.

Me quod adtinet, paluſtrem arundinem cenſeo, quarum in regionibus illis ab Euphratis, & Tigris exundationibus paludoſis magna naſcitur copia, quæ incolarum commercio ingentis eſt utilitatis, ut ex Strabone *lib. XVI.* eruere licet: *Aquarum effuſionem fieri contingit, quæ in campos egreſſæ lacus, & paludes ad mare efficiunt, & arundineta, e quorum arundinibus varia contexuntur vaſa, quorum quæ liquida ſuſcipiunt, bitumine illinuntur, cetera nuda, & lituræ expertia relinquuntur: fiunt etiam vela arundinea ſtoreis, & cratibus ſimilia.*

Cum Pallas averſæ partis Victoriolam manu ſuſtinens ad victoriam a Seleuco reportatam referenda ſit, numum hunc ultimo Seleuci anno cuſum eſſe oportet.

ANTIO-

ANTIOCHUS X. ΕΥΣΕΒΗΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ.

Hujus numi ob raritatem admodum magni ſunt faciendi.

Antiochum X. Antiochi IX. filium ab inſidiis Seleuci patruelis Syri liberarunt, qui eum ob pietatem, a qua Euſebes dictus, ſalvum volebant. Appianus tamen Alexandrinus Pium per contemtum adpellatum credit, cum Selenem duxerit, quæ primum Cyziceni patris, dein Grypi patrui uxor fuerat. Syriæ partis regnum adeptus Olymp. CLXXI., anno 95. A. X., æræ Seleucid. 218. viginti circiter annis obtinuit.

D. Sadler.

Caput diadematum.)(Dioſcurorum ſuis aſtris inſignes pilei dependentibus tæniis cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΥΣΕΒΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Regis Antiochi Euſebis Philopatoris.* Conſervationi multum concedit fabrica, quamvis bona. *Tab. IX. N. 9.*

Explicationem ex Vaillantio *pag.* 395. petendam non adjungo, cum numum ob ſolam capitis comparationem, & regum ſeriem complendam cælaverim.

ANTIO-

ANTIOCHUS. XI. ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. dictus *Didymus*.

Hujus numi eximiæ raritatis ſunt.

Antiochus XI. ex Antiocho Grypo, & Tryphæne ſecundo loco natus, ac Philippi gemellus regni arripuit frena Olymp. CLXXI., anno 94. A. X., æræ Seleucid. 219., & ſecundo Antiochi Pii, a quo, nec integro anno exacto, eſt occiſus.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput diadematum.)(Pallas galeata ſtans d. volantem Victoriolam, ſ. haſtam, & clypeum: inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Φ. *Regis Antiochi Epiphanis Philadelphi.* Et ſcalpri, & conſervationis laus eadem. *Tab. IX. N.* 11.

Eundem numum æri incidit, & explicatione ornavit Vaillantius *pag.* 371., quem tamen hic, ut vera ejusdem imago atque ſeries completa haberetur, nova lineatione exhibeo. Litera Φ ſub titulis regis poſita juxta memorati autoris opinionem monetam a Philadelphiis Cœleſyriæ populis in Antiochi honorem ſignatam denotat.

PHI-


1
A
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥ
Æ
2
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
Æ
3
B½
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
Æ
4
A
ΒΑΣΙΛΕ ΑΝΤΙΟΧΟ
ΦΙΛΟΠΑΤΟ
Æ
5
B
ΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
Æ
6
B
ΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
Æ
7
B
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
Æ
8
E
ΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ
Æ
9
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
Æ
11
C
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ
Æ

PHILIPPUS ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ.

Hujus numi raris adſcribendi.

Philippus Grypi ex Tryphæne filius tertius eodem cum Antiocho XI. partu editus thronum conſcendit Olymp. CLXXI., anno A. X. 94., æræ Seleucid. 219., atque Antiochi Pii altero, quem Demetrii III. fratris natu minoris ope ſuperatum, ad Parthos fugere coegit anno ſui regni quinto; redux poſt biennium Antiochus Pius regnum a Philippo occupatum recepit, qui ſubinde 10. circiter annis in Syriæ parte imperavit.

TABVLA. X.

D. Sadler.

Caput diadematum.)(Juppiter ſedens cum haſta, & Victoriola eum coronante: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. *Regis Philippi Epiphanis Philadelphi.* Numus argenteus artificii mediocritatem conſervatione ſupplet. *Tab. X. N.* 1.

Legatur Vaillantius *pag.* 390. de hoc numiſmate agens, quod ob ſuperius adlegatas rationes refero; obſervandum tamen literam Φ in formam crucis effictam in Vaillantii imagine non bene exprimi.

O DEME-

DEMETRIUS III. ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ.

dictus *Eucærus.*

Hujus numi raritate ſumma præcellunt.

Demetrius III. quartus Grypi, & Tryphænis filius Damaſci regnum adivit quarto Antiochi Pii anno, Olymp. CLXXI., anno 92. A. X., æræ Seleucid. 221.: Philippo ſubinde junctus Antiochum Pium vicit, verum alio bello a Parthis captus brevi interiit quinque regni annis exactis.

Ill. Comitis de Pembrock.

Caput diadematum modica lanugine aſperſum; ad latus literæ AK)(Navis cum remis, & inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΙΔΟΝΙΩΝ. *Regis Demetrii, Sidoniorum*, & literæ Phœniciæ. *Tab. X. N.* 2.

Hoc numisma Demetrio III. adſcribendum eſſe ſolidis argumentis oſtendit ſequens a D. Maſſon mihi ſuppeditata animadverſio.

Cum ex ipſa nummi epigraphe liqueat a Sidoniis *cuſum fuiſſe; ac quidem ſub rege* Demetrio, *nihil inquirendum ſupereſt, niſi quis* Demetrius *ſit intelligendus. Jam vero præterquam facies eadem mihi videatur, ac illa* Demetrii *tertii in Nummis rariſſimis cum titulis* ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ, *ad eundem etiam nos ducit annus* 21. *Epochæ* Sidoniorum *recentioris, qui litteris, ut cenſeo* AK. *deſigna-*

ſignatur : Etenim ſi annus iſte 21. *ab illius Æræ principio, ſeu* U. C. 643. (a) *deducatur, in annum incidet* U. C. 664., *ſeu* Seleucidarum 222., *quo* Demetrius III. *annum* regni ſecundum agebat.

(a) A quo iſtam Æram inire jam docuit Eminentiſſ. *Noriſius* lib. de Epoch. diſſ. IV. §. 1.

ANTIOCHVS XII.

ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Hujus numi obvii.

Antiochus XII. quintus Grypi filius Damaſci poſt Demetrium regnavit Olymp. CLXXIII., anno 87. A. X., æræ Seleucid. 226. Biennio poſt victus eſt ab Arabibus, & occiſus, Antiocho Pio, & Philippo de regno ſubinde certantibus.

D. Sadler.

Caput radiatum corona hederacea cinctum.)(Elephas proboſcide facem tenet, poſt quem ſtella: epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. *Regis Antiochi Epiphanis Dionyſi.* Supra elephantem literæ ΣΤΑ. conſpiciuntur. Cæli elegantia, & conſervationis pretio inſignis moneta. *Tab. X. N.* 3.

Numum a Vaillantio *pag.* 383. æri inciſum, & explanatum ob antea memoratas rationes recudo: literas vero ΣΤΑ, quarum nulla explicatio mihi ſatisfecit adhuc, ſilentio prætereo.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Hujus numiſmatis typus ab mediocris adeo artifi cis manu eſt exſcalptus, ut, quanquam integerrimus ſit, diſcernere tamen non poſſim, an bos dimidius, an aliud animal in antica parte repræſentetur; in poſtica corona hederacea clare adparet, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. *Tab. X. N.* 4.

Hederæ corona Baccho, a quo hic rex nomen eſt mutuatus, adludit.

TIGRANES Armeniæ, Syriæque rex.

Hujus numi in rariſſimorum numero veniunt.

Syri, cum obſervaſſent fraternis fere perpetuis diſcordiis, ac colliſionibus regnum diſcindi, ac in ruinam agi, regem exterum ſibi præficere ſtatuerunt; diverſa tamen erant illorum ſuffragia: alii Ptolemæum Ægypti, alii Ponti regem Mithradatem volebant: omnes tandem in eligendum Tigranem Armeniæ regem convenerunt Olymp. CLXXIV., anno 84. A. X., æræ Seleucid. 229., qui Antiocho Pio, ejusque ex Selene filio expulſo 18. annis ſumma tranquillitate regnavit; eo tamen imperante multum Syria a terræmotu eſt paſſa, quo 160000. homines, multæque urbes perierunt. Tigranes a Lucullo tandem ſuperatus, ac regno eſt exutus.

Appianus 14. tantum annis regnaſſe cenſet.

D. Sad-

D. Sadler.

Caput Tigranis thiara Armenia coronatum.)(Victoria alata d. ramum geſtat, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΤΙΓΡΑΝΟΥ. *Regis Tigranis*, & inferius ΠΑΡ. Numus hic æneus optime conſervatus eſt. *Tab. X. N.* 5.

Quamvis Vaillantius hocce numisma non produxerit, ea tamen legi merentur, quæ *pag.* 399. de ornatu capitis Tigranis adfert. Victoriam partis averſæ ad eam adludere opinor, quam de Antiocho Euſebe reportavit: literarum ΠΑΡ. inferius poſitarum explicationem eruditis relinquo, cum nihil in ea probabilis conjecturæ invenerim adhuc.

ANTIOCHVS. XIII.

ΕΠΙΦΑΝΗΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ.

dictus *Aſiaticus, & Commagenus.*

Hujus numi ſumma raritate inſignes.

Antiochus XIII. Antiochi Pii filius, Tigrane a Lucullo pulſo, regno eſt reſtitutus Olymp. CLXXVII., anno 69. A. X.; æræ Seleucid. 244. Verum poſt 6. annos Antiochum ex throno dejecit Pompejus, eique regnum petenti reſpondit, ſe nunquam Syris etiam volentibus regem daturum, qui 18. annis, quibus imperaverat Tigranes, in Ciliciæ angulo latuiſſet. Antiochus itaque ultimus ex ſtirpe Seleuci Nicatoris rex fuit Syriæ, a Pompejo tum in provinciæ formam redactæ. *Juſt. lib. XL.* *App. Syr.*

 D.

D. Kemp.

Caput diadematum.)(Figura muliebris ſtans cum cornu copiæ, & epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. *Regis Antiochi Epiphanis Philopatoris Callinici.* Bono artificio reſpondet conſervatio. *Tab.* 10. *N. VI.*

Eundem numum protulit Vaillantius *pag.* 407., & explicuit; illum vero iterum exhibendum ob rationes alias adductas exiſtimavi.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput diadematum.)(Apollo nudus ſtans tripodi incumbit : inſcriptio eadem. Mediocri ſcalpro elaboratus numus fere nullas temporis injurias tulit. *Tab.* 10. *N.* 7.

Apollinis effigies numiſmati impreſſa aperte commonſtrat, Syriæ reges usque ad ultimum regni exitium religione maxima deum hunc veneratos eſſe.

Numi Phœnicii.

Cum ſeriem regum Syriæ fere plenam exhibuerim, numos aliquos Phœnicios, cuſos eo tempore, quo illi regnabant, adjungendos judicavi, qui materiam eruditorum alicui forſan ſuppeditabunt, ut in literariæ reipublicæ emolumentum veram earum ſignificationem penetrare conetur. (x)

D. Maſ-

(x) Præclaram operam in Phœnicum characteribus eruendis jam poſuit Cl. Barthelemy cum in lucubratione 12. Aprilis 1758. lecta

D. Maſſon.

Caput muliebre turritum cum literis MA, & caduceo inferius.)(Temo, & Phœnicii aliqui characteres. Elegans artificium ſuperat conſervatio. *Tab. X. N.* 8.

Sequentes eruditiſſimæ notæ ab numiſmatis ipſius poſſeſſore ſunt conſcriptæ.

A Sidoniis percuſſum eſſe hunc nummum, manifeſte docent litteræ Phœniciæ, in priore linea ſupra temonem ſcalptæ, cum eædem prorſus ſint & forma, & numero, ac illæ, quæ in aliis cum Græco Sidonis *nomine cernuntur.*

Inde putarem litteras Græcas MA pone caput turritum ſignatas, ad ejusdem urbis epocham referendas eſſe; atque adeo annum ejus 41. *deſignantes ad U. C. annum* 684. *nos deducere; ſiquidem ea Sidonis Epocha poſt antiquatam Seleucidarum Æram inducta, cœpit anno U. C.* 643., *ut jam recte demonſtravit Eminentiſſ. Neriſius de Epoch. Syrom. Diſſ. IV. c.* 5. §. 1.

Alium tamen profert Vaillantius (a) *ex muſeo ſuo, qui a poſtica parte eaſdem, ac noſter habuit litteras cum temone, licet haud ſatis recte ab ipſo repræſentetur; ab antica vero caput radiatum, & diadematum habet* Antiochi IV. *ut ille quidem cenſet.*

(a) *Reg. Syr. Hiſt. pag.* 200.

Sic & eandem poſticam, quamvis haud ita integram, fert alius Æreus 3. *moduli Nummus penes* D. de Boze *Pariſiis, qui*

lecta coram ſenatu Academico, tum in epiſtola ad autores diarii eruditorum anno 1760. data.

qui ab antica caput Demetrii I., *& ejus titulos exhibet; nimirum caput juvenile diadematum hac epigraphe*: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΩΤΗΡΟΣ, *niſi quod poſterioris vocabuli litteræ parum detritæ ſint.*

(b) Palæſt. lib. III. pag. 1014. ubi, & alter Demetrii III. nummus delineatur.

Ceterum Cl. Relandus poſticam nummi, qui hic exhibetur, jam vulgavit, (b) *cum eum ipſi communicaſſem, dum ejusdem poſſeſſor eſſem. At haud bene notavit, anticæ epigraphen eandem eſſe cum illa nummi penes* D. De Boze *proſtantis.*

D. Maſſon.

Caput nudum & barbatum)(*temo, & literæ Phœniciæ in ſingulis numis diverſæ. Tab. X. N. 9., 10., 11.*

Hi tres numi ex ære flavo conflati optimo ſunt artificio, nec vetuſtate corrupto.

TABULA XI.

Equitis Abdy.

Duo capita jugata fortaſſis Jovis, & Junonis.)(Prora navis, & characteres Phœnicii. Elegans, ac integerrimum numisma. *Tab. XI. N.* 1.

P. Mela lib. I. c. 12.

Abs re minime erit locus Pomponii Melæ, quo de Phœnicia ita loquitur: *Phœnicen illuſtravere Phœnices, ſolers hominum genus, & ad belli, pacisque munia eximium. Literas, & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adi-*

re,


1
D.
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
2
C
ΑΚ
Æ
ΑΣΙΛΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΣΙΔΩΝΙΩΝ
3
C
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΣΤΑ
ΕΠΙΦΑΝΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΟΥ
4
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΔΙΟΝΥΣΟΥ
5
B
Æ
ΤΙΓΡΑΝΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΠΑΡ
6
B
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ
7
B ½
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ
ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ
8
B
ΜΑ
Æ
9
B
Æ
10
B
11
Æ

re, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum, prœliumque commenti.

D. Wren.

Numus e puriſſimo argento conflatus 164. grana Anglica adpendit; literas autem e ſimili numo Excell. ducis de Devonshire optime conſervato ſupplevi. *Tab. XI. N.* 2.

D. Wren.

Numus hic a priore nec metallo, nec artificio differt; pondere vero 166. grana Anglica adæquat: in nota incuſa ſubobſcure bovis ſpecies adparet. Hæc de Phœniciis numis dixiſſe ſufficiat. *Tab. XI. N.* 3.

REGES COMMAGENES.

Numis regum Syriæ alii regum Commagenes addendi videntur, illorum enim potentia in Commagenis contracta non niſi Veſpaſiani cæſaris ætate penitus eſt extincta. Ad continuandam itaque Syriæ regum ſeriem omnes regum Commagenes numos, quos in his muſeis reperire potui, collegi, cælavi, ac deſcripſi; ut vero eos lectori magis acceptos redderem, doctiſſimis adnotationibus Latinis (quas numismatum recenſioni ſubjicio) a D. Maſſon conſcriptis adornavi; ille enim aliis licet occupationibus diſtractus, id laboris, me petente, ſuſcipere non detrectavit.

Ill. C. de Pembrock.

Caput diadematum cum inſcriptione : ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Rex Magnus Antiochus Epiphanes.*)(Intra coronam lauream capricornus, infra quem anchora: epigraphe : ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Commagenorum.* Numo ætate, & ſitu nihil fere deceſſit. *Tab. XI. N.* 4.

Equitis Hans Sloane.

Caput diadematum: epigraphe, ut ſupra: ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙΦΑ.)(Scorpio intra coronam lauream, cum priore inſcriptione. Boni artificis manus optimæ conſervationis nitorem non adſequitur. *Tab. XI. N.* 5.

Ill. Comitis de Pembrock.

Caput juvenile diadematum, & inſcriptio : ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ.)(Duo cornua copiæ, & eadem epigraphe, Ceterum numus nulla ex parte læſus. *Tab. XI. N.* 6.

Ejusdem Comitis.

Caput diadematum cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΜΕΓΑΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ.)(Scorpio intra coronam lauream, & inſcriptio : ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ. Numus ab omni ætatis vitio immunis. *Tab. XI. N.* 7.

Equi-

Equitis Abdy.

Caput diadematum, & prior inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΜΕΓΑΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ.)(Scorpio intra coronam lauream, & vocabulum: ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Opere non minus, quam conſervatione præſtans numus. *Tab. XI. N.* 8.

Excell. Ducis de Devonſhire.

Caput diadematum; inſcriptio, & averſa pars eadem. Fabricam optima conſervatione ſupplet. *Tab. XI. N.* 9.

Numum aliquem meum *Tab. XI. N.* 10. antecedentibus ſimilem ob duas incuſas notas refero. Antiochus IV., ad quem moneta referenda, Commagenes regnum, quo a Caligula donatus primum, ſubinde vero ſpoliatus fuerat, a Claudio recepit, ut Dio, ac Suetonius teſtantur; quare probabile mihi videtur, eum regno reſtitutum, ut ſuæ pecuniæ pretium, quod per abſentiam amiſerat, redderet, hæc ſigna impreſſiſſe, quorum unum anchoram referens primam generis originem denotaret, alterum vero duo cornua copiæ exhibens, annonæ abundantiam per eum forſan revectam indicaret.

TABVLA XII.

Ill. Comitis de Pembrock.

Caput muliebre diadematum cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΟΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ.)(Scorpio intra

 coro-

coronam lauream, &: ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Commagenorum.* A perito artifice exſcalptus numus conſervatione præſtat. *Tab. XII. N.* 1.

Excell. Ducis de Devonshire.

Ill. Comitis de Pembrock.

& Equitis Hans Sloane.

Duo Antiochi IV. filii equites cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΥΙΟΙ.)(Intra coronam lauream capricornus, infra quem anchora; ſuperius vero ſtella, & epigraphe: ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Hi tres ſimiles numi opere mediocres, conſervatione autem inſignes ſunt. *Tab. XII. N.* 2.

D. Maſſon.

Caput muliebre, & inſcriptio: ΙΟΤΑΠΗ.)(Caput viri juvenis, & literæ aliquæ fugientes. Artificium eſt mediocre. *Tab. XII. N.* 3.

ANIMADVERSIONES
VIRI DOCTISSIMI D. MASSON
IN NVMOS RECENSITOS
REGVM COMMAGENES.

Cum plurium ANTIOCHORVM, *in* Commagene *regnantium meminerint Scriptores antiqui, non erit inutile explicandis ſuperio-*

rio-

rioribus aliisque numis, qui diverſos etiam vultus ferre videntur; ſi brevem & adcuratiorem præmiſerimus notitiam principum, qui regionem illam ſub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum Seleucidarum *regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.*

I. *Qui primus in hac ſerie occurrit,* Antiochus *nomine &* Commagenæ *rex* Dioni *diſerte dicitur, in anni V. C.* 685. *actis (a), at qui tum, & quidem poſt* Luculli *de Tigrane victoriam (b), ac urbis, quæ* Tigranocerta *ab hoc Armeniæ rege nominata fuerat, expugnationem,* in fidem receptus *eſt.* Appianus *vero, qui in* Luculli *rebus hunc* Commagenæ *regem non memorat, poſtea* Pompeji *contra* Mithridatem *geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum,* ſuperato Tauro *(d)* bellum Antiocho Commageno intuliſſe, donec & ille in amicitiam receptus eſt. *Deinde conſtitutiones regnorum & provinciarum a* Pompejo *factas tradens, addit, eum* Antiocho Commageno commiſiſſe Seleuciam, & quidquid ex incurſu in Meſopotamia ceperat. *Id* Strabo *antiquior autor confirmat quo ad* Seleuciam, *quam dicit* caſtellum fuiſſe Meſopotamiæ ad Euphratis pontem ſitum, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquamdiu incluſam, cum Syria excidiſſet (*e*).

Utrum vero hic Antiochus Commagenus *idem fuerit cum* Antiocho XIII., *& ultimo Syriæ rege, qui* Antiochi Pii *filius erat, diſputant doctiſſimi viri.* Vaillantius *quidem unum eundemque fuiſſe affirmat, at fatebor, mihi rem obſcuriſſimam videri, licet omnia ſcriptorum antiquorum loca ad adcuratum revocaverim examen, quod hic prolixius diſcutiendum non puto*

(a) *Lib. 35. fragmentorum initio.*

(b) *Reportatam pridie nonas Octobr. ſi* Plutarcho *fides in Lucullo.*

(c) *De Bellis Mithr. p. 244. vide & p. 251.*

(d) *Anno ſcil. V. C. 690.*

(e) Strabo *lib. 16. p. 749. ubi quidem MSS. pro* Τῷ Κομμαγηνῷ *uti* Caſaubonus *legit, habent:* Τῆ Κομμαγηνῆς *ſed prior*

lectio confirmatur illo Appiani loco.

Utut ſit, recte videntur eruditi viri de primo Commagenes *rege* Antiocho *intelligere, quæ* Cicero, *dum* Ciliciæ *proconſul erat, anno V.* C. 703. *ſcribit de* rege Antiocho Commageno, *lib.* 15. *famil. Epiſt.* 1. 3. *&* 4. *Nullo ſaltem teſtimonio probari poteſt, hunc* Antiochum *eſſe diverſum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem,* Luculli & Pompeji *gratia moderabatur.*

Idem quoque omnino videtur, cujus Julius Cæſar *meminit in deſcriptione copiarum, quas* Pompejus *comparaverat ante* Pharſalicam *pugnam, anno V. C.* 706. *circiter medio commiſſam.* Ducenti *equites, ait Cæſar (f),* ex Syria a COMMAGENO ANTIOCHO, cui magna præmia Pompejus tribuit, miſſi erant. *Hæc certe* præmia *manifeſte indicant, eundem eſſe* Antiochum, *cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Meſopotamia dederat,* uti ſupra *vidimus.*

(f) De bello Civ. lib. 3. c. 5.

An ille vero poſtea in Cæſaris amicitiam receptus, ac ſic in regno confirmatus fuerit, cum Cæſar in Syriam ex Ægypto ſub æſtatis initium an. V. C. 707. *veniſſet, expreſſis quidem verbis hiſtoria non tradit. Id tamen* ex Hirtii *(g) narratione, de rebus a Cæſare in Syria conſtitutis, colligere fas eſt.* Commoratus, *inquit, Cæſar* fere in omnibus civitatibus, (Syriæ) quæ majore ſunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controverſiis veteribus cognoſcit, ac ſtatuit. Reges, Tyrannos, Dynaſtas provinciæ, (Syriæ) finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impoſitis provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & ſibi & populo R. amiciſſimos.

(g) De bell. Alex.

Igi-

Igitur exinde credere licet, Antiochum *illum haud alium ab eo fuiſſe, quem* Dio *ad annum V. C.* 716. *lib.* 49. *ſcribit oppugnatum &* Samoſatis *obſeſſum a* Ventidio M. Antonii *legato, ac ab ipſo* Antonio, *in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum eſſe. Quibus conſona profert* Plutarchus *in Antonio.*

II. *Verum brevi poſt tempore rex ille ſucceſſorem habuerit* MITHRIDATEM (*); *quandoquidem* Plutarchus *ibidem inter reges, qui cum copiis M. Antonio ante* Actiacam *pugnam anno V. C.* 723. *adfuerunt, numerat* Mithridatem Commagenæ regem. *Hunc autem locum haud ſatis attente doctiſſimus* Noriſius *legerat autumans* (b) *Plutarchum* recenſere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in caſtris Antonii; *quaſi vero ipſemet rex non interfuiſſet. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus ſolummodo, alium continuo regnum occupaſſe.*

(b) *De Epoch. Syrom. Diſſ. II. C. IV. p.* 127.

III. *Alter enim* ANTIOCHVS Commagenus a Dione, *ſub fin. lib.* 52. *ad annum V. C.* 725. *memoratur, quem Auguſtus tum* ad ſe excivit, quod fratris ſui, cum quo litem habebat, miſſum Romam legatum dolo occidiſſet. Eum, *ſubjungit Dio*, Antiochum in ſenatum adductum, damnatumque interfecit.

IV.

(*) Eum forſan ſpectat numus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* miſſus, ac a poſtica parte cum Pallade ſic inſcriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab antica vero cernitur caput imberbe eum tiara, quæ caſſidi ſimilis, uti repræſentatur apud Cl. Spanhemium *Tab. I. f.* 582. qui ad Ponti regem refert ſuum.

IV. *At alius* MITHRIDATES, *decem circiter poſt annis, ſcilicet V. C.* 734. *Rex creatus fuit ab Auguſto, in Syria degente, ac Orientis provincias ordinante, uti* Dio *ad eum annum lib.* 54. *teſtatur.* Mithridati cuidam, *ait*, Commagenem, quod ejus rex patrem hujus Mithridatis occidiſſet, puero etiamnum adtribuit. *Verum neque hinc patet, quis fuerit* rex *ille, qui* Mithridatis patrem *occiderat, an jam ante defunctus, vel tunc demum regno motus.*

(i) *ibid. p.* 127. *Igitur haud recte Ill.* Noriſius (*i*), *tanquam ex utroque* Dionis *loco, aſſerit,* 1°. Antiochum *V. C.* 725. *condemnatum* fratrem *fuiſſe prioris* Mithridatis; 2do. *hunc ab illo fratre occiſum, itaque* 3°. *eundem eſſe patrem* Mithridatis *ſecundi, qui* puer *Antiocho ſucceſſerit patruo. Nihil horum certe ſcribit* Dio, *nec ullo modo innuit, ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præſertim quo ad duo poſtrema puncta, docet. Etenim diſerte illo ſcribente :* Antiochum *eſſe ab Auguſto neci datum*, quod fratris legatum occidiſſet; *manifeſtum eſt, eum ſimul non fuiſſe necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis* Antiochi *cauſam multo ſatius dediſſet hiſtoricus ſapiens. Deinde* Dio *clare ſatis indicat*, patrem *poſterioris* Mithridatis *regem non fuiſſe, ſed potius hominem privatum; ſiquidem tradit, eum a* rege Commagenes *occiſum eſſe.*

V. *Proximus porro ſucceſſor, quem hiſtoria nobis monſtrat,* ANTIOCHVS *eſt ille, cujus tantum mortem* Tacitus *ad ann.* (k) *Annal. L.* 2. *cap.* 42. *V. C.* 770. *narrat* (*k*). Per id, *inquit,* tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, regibus defunctis turbabantur nationes, pleriſque Romanum, aliis regium imperium cupientibus. *Verum tunc Commagene facta eſt ab*

Imp.

Imp. Tiberio *provincia Romana, remque anno ſequente* Germanicus, *in Orientem miſſus, perfecit.* Commagenis, *addit idem auctor,* (*l*) Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis. *Quam mutationem* Srabo (*m*) *quoque, tunc libris geographicis coronidem imponens, adnotavit; in Commagenes deſcriptione : Nunc, ſubdit,* Provincia facta eſt.

(*l*) *Ibid. cap. 56.*
(*m*) *Lib. XVI. p. 749. Sic &* Joſeph. *Antiq. lib. XVIII. c. 3.*

VI. *Iterum tamen ad jus regium, mortuo* Tiberio, *rediit, anno V. C.* 790. *ſeu æræ Chriſtianæ vulgaris* 37. *Ad hunc enim Dio lib.* 59. *ſcribit,* Cajum *Caligulam* ANTIOCHO, Antiochi filio, Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dediſſe. *Hoc quidem regnum idem imperator poſtea abſtulit, licet ei* Antiochus *aſſentator & tyrannidis magiſter eſſet, teſte eodem hiſtorico ad an. V. C.* 793. *At ipſum ſtatim reddidit* Claudius *primo imperii anno, prout* Dio *ad an. V. C.* 794. *narrat:* Antiocho, *ait,* Commagenen, quam idem Cajus ei dederat, ademeratque, reſtituit. *Quod confirmat Joſephus* (*n*) *ſcribens,* Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum *a Claudio fuiſſe.*

(*n*) *Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex iſto Dionis loco emendandam eſſe, recte jam notavit* Tillemontius *hiſt. T. I. p. 1012.*

Ad hanc autem Ciliciæ *partem,* Antiocho *datam, pertinuiſſe* Clitas, *ejus oræ accolas, uti & civitatem* Anemurienſem, *docet Tacitus ad annum V. C.* 805. *Annal. XII. c.* 55. *ubi narrat,* agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, *tunc tumultuantes, & eam civitatem obſidentes, ad officium reductas eſſe* a rege ejus oræ Antiocho, *uti vocat. Eidem &* Armeniæ *partem tribuit* Nero, *ejus opera in bello contra Parthos uſus, ex* Tacito *Annal. lib. XIV. c.* 26. *collat. cum lib. XIII. c.* 7. *&* 37. *Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos* (*o*), *quin &* Veſpaſianum,

(*o*) Jo-

ſeph. *de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12.* Tacit *Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.*

ad imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet vetuſtis opibus ingens, & inſervientium regum ditiſſimus, *uti habet* Tacitus *Hiſtor. lib. II. c.* 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, Antiochus *a Pæto Syriæ proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus,* anno, *inquit Joſephus* (p) Veſpaſiani quarto, *ſeu V. C.* 825. *atque translatus eſt primum* Lacedæmonem, *deinde* Romam, *ubi honorifice habitus reliquam transegit vitam cum duobus filiis,* EPIPHANE & CALLINICO, *de quibus plura inferius notabimus.*

(p) *De B. Jud. lib. VII. c. 27.*

Sic demum Antiochi *regnum in provinciam Romanam a* Veſpaſiano *redactum eſt. Quod* Suetonius *his, in* Veſpaſiani *vita, verbis tradit c.* 4. Item Tracheam Ciliciam, & Commagenem, ditionis regiæ usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit.

His præmiſſis ad ipſos tandem numos, ſupra exhibitos accedendum, & primum quidem, ut melius diſtinguantur, de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum Antiochum, *ejusque familiam ſpectare.*

Id genus autem ſunt tertius & reliqui ad nonum usque: Etenim, quoad ipſum Antiochum *attinet, tertius numus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem ac quæ cernitur in IV. V. VI. & VII.; Jam vero ex IV. certiſſime novimus* Antiochum, eo ſignatum, in Cilicia *regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes rege* Antiocho, *ad-*

adfirmari poteſt, uti ſuperius ex hiſtoricis antiquis oſtendimus. Lacanatas *enim* Ciliciæ *populum fuiſſe demonſtrat* Ptolemæus, *qui Geographiæ lib. V. civitates* Ciliciæ *mediterraneas recenſens, primum ſingulis* Tracheæ, *ſeu* Aſperæ *regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit* λακανίτιδος *regis, cujus civitas adponitur* Ειρηνόπολις. *Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in* Cilicia ſecunda *ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl.* Cellarii *Geographia antiqua lib. III. c. VI. p.* 144., 145.

Corrigendi vero ex hoc numo vulgares Ptolemæi *codices, atque pro* ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, *legendum* ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Ceterum parem huic numum habuit Cl. Vaillant, *ut ipſemet indicat, hæc de* Auguſta, *Ciliciæ urbe ſcribens:* (*q*). Hæc autem erat, cum *Lacanatide*, ditionis Antiochi regis Commagenæ, ut confirmat noſter ejus principis numus cum epigraphe ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

(*q*) *Num. Impp. Gr. p.* 261.

At errat celeberrimus ille vir addens (*r*), utramque regionem, ut & regnum Commagenæ, Romanis acceſſiſſe anno V. C. 771. poſt mortem illius principis *Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce* Antiochus *nullam* Ciliciæ *partem ſub ſua ditione unquam habuit, ut quæ demum* Antiocho *ejus filio data fuerit.*

(*r*) *Sic & pag.* 149. V. AT. ΓΟΤϹΤΑ- ΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum Auguſtanorum *Ciliciæ populorum Epocham ab eodem anno V. C.* 771. *deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum* 773. *iniiſſe potuiſſe, præſertim ex* Elagabali *numiſmate in eadem gaza nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto:* ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥϹ. ΗqΡ. *anno* 198.

Sed ut ad Antiochi *regis numos revertamus, tertius, hic exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni*

cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejusdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ ſigma (*) *Veſpaſiani potius temporibus convenit.*

Deinde quo ad numum 8°. *loco hic poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejusdem* Antiochi *poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio numo, in* Cilicia *maritima cuſo, conſtat, huic regi* Jotapen *fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii* (s) *jam dudum vulgarunt numiſma,* a Sebaſtenis *cuſum, in cujus antica parte idem* Antiochi *caput cernitur* hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *in poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, &c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. *Quem numum ad alium regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill.* Noriſius *adverſus* Seguinum & Harduinum, *qui eum* Antiocho III. *tribuunt.*

(*) *Cujusmodi occurrit in alio ejusdem regis numo penes D. Car. Hedges, ſic:* ΑΝΓΙΟΧΟC. ΕΠΙ ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.

(s) *Vid.* Seguin. *Sel. Num. p. 402. ed. 2.* Harduin. *de Popp. & urb. p. 387. Ed. 1.* Noris *de Epoch. p. 129. ſeqq.*

Quibus addendum, numos hujuſce Jotapæ, *quales plurimos* in Britannicis (t) *& aliis muſeis tractavi, ejusdem eſſe metalli ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis* Antiochi IV. *numis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI.* Antiochi *numo cernimus. Caput enim reginæ diademate redimitum, & huic N. VIII. geminum, ſic inſcribitur in* Covelliano *numo*: ΒΑCΙΛΙCΑ (†) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. *In aliis hæc ultima vox integre legitur*, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, *non vero* ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, *uti male* Seguinus *habet.*

(t) D. Car. Hedges *Equitis aurati,* D. Gulielmi Loyd *filii Epiſcopi Vigor.* D. Falckner *&c.*

(†) *Sic cum ſimplici C. tantum.*

Nonus porro numus, hucusque antiquariis ignotus, ambos certe filios, Antiochi IV. & Jotapes, *nobis exhibet, prout me docuerunt id genus numi cæteris integriores. Talem & elegantiſſi-*

tiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis cimeliis referta D. Hans Sloane *Baroneti gaza*, *in quo maniſeſtiſſime ſub ipſis principibus equitantibus legitur* BACIΛEΩC. ΥΙΟΙ. REGIS FILII; *quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur nummis gazarum Illuſtriſſimorum DD. Ducis* Devoniæ, *ac Comitis* Pembrochiæ, &c.

Itaque hic habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, *quos ſupra diximus* Antiochi IV. *filios fuiſſe*, & *quos* Joſephus *a fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat*; de Bello Jud. lib. VII. c. 27. *Ubi* Pæti *impetum narrans:* Antiochus, *inquit*, decrevit, toto regno, in quo erat ſtatu, relicto, cum conjuge ac liberis egredi - - Pætus autem in Samoſatam, qui eam capeſſerent, mittit, & per eos civitatem tenebat - - - Haud tamen rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere - - - Adoleſcentibus autem bellique peritis, vique corporis præſtantibus FILIIS ejus non erat facile in calamitate ſine pugna durare, - - - Vehementi autem pugna per totam diem habita inſignem demonſtrarunt fortitudinem, &c. *deinde narrat fugam* Antiochi *patris*, *cum* conjuge ac filiabus, in Ciliciam, *atque* Epiphanis *cum decem equitibus* ad Vologeſem *Parthorum regem*, *cujus poſtea litteras* ad Veſpaſianum *commendatitias tulerunt*, *Romam*, *cum audiviſſent* Antiochum *regie* Lacedæmone *vivere.* Patre autem ad eos (*filios*) Lacedæmone ſtatim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi (*ſcil. Romæ*) manſere.

Nequaquam vero hic omittendum eſt, Epiphani, *de quo ceu majore natu loquitur ubique Joſephus*, *deſponſatam fuiſſe*

Druſillam, *a patre* Agrippa *majore*, *qui eam* ſexennem *reliquit*, *cum* anno *Æræ noſtræ* XLIV. *obiret*; *ex* Joſepho, *Antiq. XIX. c.* 7. *cujus loci interpretationem Latinam* a Gelenio *factam*, Cl. Noriſius *tantum ob oculos habebat*, *cum ſcriberet* (*u*) Joſephum *L. c.* auctorem eſſe, Antiochum IV. curaſſe, ut filio ſuo majori natu *Epiphani* MARIAMNE Agrippæ Judæorum regis filia decennis deſpondéretur; *quamvis ipſemet Eminentiſſ. vir*, *aliquot ante paginis*, *rectius dixiſſet*, *Agrippam deſpondiſſe* Druſillam filiam nondum (*x*) ſexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.

(*u*) *De Epoch. p.* 156. *coll. p.* 128.

(*x*) *Hac voce non utitur* Joſephus *cui* Druſilla *dicitur omnino* Ἑξαετής.

Epiphanes tamen uxorem non duxit Druſillam; *quæ deinceps* AZIZO *regi* Emeſenorum *data eſt a fratre* Agrippa *juniore*: Epiphanes enim, *narrat Joſephus*. (*y*) Antiochi regis filius recuſavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat *Druſillæ* patri pollicitus.

(*y*) Joſeph. *Ant. L. XX. c.* 5.

Ceterum & princeps ille, Antiochus Epiphanes *vocabatur*, *non ſecus ac pater*, *ſi* Joſepho *fides*, *de B. J. lib. V. c.* 29. *Gr. at Lat. L. VI. c.* 12. *Ut nullum ſit dubium*, *quin* Epiphanes *fuerit cognomen huic familiæ fere proprium*; *quæque ſit alias prima hujus tituli cauſa*, *origo & ſignificatio*, *de qua prolixe ſatis jam alii* (z) *tractarunt*.

(*z*) Joan. Marsham *Can. Ægypt. p.* 54. Henr. Noris *de Epoch. p.* 129.-131. *&c.*

Ita & Callinicus *aliud erat cognomen*, *quo alter* Antiochi IV. *filius a fratre majore diſtinguebatur*; *quemadmodum & aliis datum eſt*, *eadem diſtinctionis cauſa*, *variis principibus atque præſertim inter Seleucidas* Demetrio III. *ac* Antiocho XIII. *ultimoque Syriæ regi*, *qui ſimul* Epiphanes & Philopator *cognominabatur*; *ſi quidem ejus ſint*, *ut antiquariis hucusque viſum*, *numi his ſignati titulis*:

Qua-

Qualem poſſidet Nobiliſſ. D. *Dux Devoniæ*, cum in alio, gazæ Ampliſſ. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΤΣΟΤ inſuper legatur cognomen; ſcil. integre ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΤ. ΕΠΙΦΑΝΟΤΣ. ΔΙΟΝΤΣΟΤ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΤ.

Unde uti & ex anchora *in plurimis* Commagenorum *numis cuſa, non male colligere poſſumus,* Antiochos *hoſce* Commagenos *revera ex* Seleucidarum *gente ſuam originem duxiſſe. Videtur enim hæc* anchora, *quæ & in aliis Seleucidarum numismatibus ſcalpta, ad illam alludere, quam ſcriptores antiqui (aa), tradunt in* Seleuci *prioris femore ſignatam, cum naſceretur, atque ſculptam in annulo, quem* Laodice *mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auſpicium & augurium. Imo, ſi* Juſtino *credimus*, originis ejus argumentum etiam in poſteris manſit; ſiquidem filii, nepotesque ejus ANCHORAM in femore, veluti notam generis naturalem habuere.

(aa) Appianus *in Syriac. p.* 123. Juſtin. *l. XV. c.* 4.

Ad eandem quoque Antiochi IV. *Commageni familiam forte ſpectat illa* JOTAPE, *cujus nomen & caput in numulo meo, ſupra N.* 10. *conſpicitur. Eadem certe non eſt facies, ac illa* Jotapæ *prioris, quam* Antiochi IV. *uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut ſcalpturæ videtur numus.*

Jam vero novimus ex Joſepho, *non modo* Antiocho IV. FILIAS *fuiſſe, quibuscum uti* & uxore *in* Ciliciam fugit (bb) *ſed & unam ex illis filiabus*, JOTAPEM *quoque dictam*, Alexandro, *Judæo ex* Herodis *ſtirpe principi, nuptam fuiſſe*, Antiq. XVIII. c. 7. *Hunc locum Alexandri genealogiam*

(bb) *De B. J. L. VIII. c.* 27.

ſimul

ſimul dilucide pingentem hic dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. Ceterum, *teſte Joſepho*, Alexander Herodis regis filius, qui a patre necatus eſt, Alexandrum & Tigranem filios ſuſcepit, e Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus eſſet, ſine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis rex a Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum regis filiam JOTAPEN duxit, & *Leſidis* Ησίοδος, in Cilicia rex a Veſpaſiano conſtitutus eſt.

Inde, inquam, facile retegitur recentiorum hallucinatio, qui ſcripſerunt, Alexandrum Jotapes *maritum*, pronepotem *Herodis magni fuiſſe. Sic præ ceteris hic mihi nominandus purpuratus* Noriſius, (*contra* Seguinum & Harduinum *diſputans de numis*, a Sebaſtenis & Commagenis, *cum* Jotapes *nomine*, *cuſis*, *quos illi tribuebant* Jotapæ *Alexandri conjugi*,) *eundem ſequutus errorem hæc habet* (*cc*), At nullus dubito utrumque numum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi IV. regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro, TIGRANIS, regis Armeniæ, FILIO, ac Herodis Magni PRONEPOTI, nupta fuit. *Quibus gemina, ſex poſt paginis, repetit.* Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito *lib.* 14. dicitur *Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos*; ſiquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Veſpaſianus donavit Alexandro ac Jotapi inſulam & urbem Sebaſtem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus ſeptem fere luſtris poſſederat.

(*cc*) *De Epoch. p.* 132. & 137.

At-


1 B Æ
2 D AR
3 D AR
4 C Æ
ΒΑΣΙ·ΜΕΓ·ΑΝΤΙΟΧΟΣ·ΕΠΙ
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
5 D Æ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ·ΜΕΓ·ΑΝΤΙΟΧΟΣ·ΕΠΙΦΑ·
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
6 B ½ Æ
ΒΑΣΙ·ΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΚΟΜ ΜΑΓ Η ΝΩΝ
7 D ¼ Æ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΣΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΛΑΚΑΝ ΑΤΩΝ
8 D Æ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΣΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
9 C Æ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΝΤΙΟΧ
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
10 D Æ
ΒΑΣΙ
ΚΟΜΜ ΓΗΝΩΝ

At vero manifeſtum ex ſuperioribus Joſephi verbis fit, 1°. *huncce* Alexandrum *fuiſſe Herodis M.* abnepotem *non* pronepotem, *atque* 2°. Tigranem *ejus patrem, Armeniæ regem fuiſſe Archelai* pronepotem, *non vero* nepotem, *ut male* Tacitus *ſcripſit. Hunc autem graviſſimi alias hiſtorici Romani errorem jam dudum doctiſſ.* Noldius *(dd) ſic recte confutaverat*: „ *Nam eum Tigranem*, pronepotem *Archelai fuiſſe, præter* „ *Joſephum* Ant. XIIX. c. 7. *ipſa rerum ſeries oſtendit. Quo* „ *pacto enim* Tigranes, nepos, *circa medium Auguſti natus* „ (pater *(ee) non multo poſt* victoriam ad Actium *ab* Herode „ *interfectus*) *ſub* Nerone *(ff) agere aut pati potuit? quo* „ *profecto tempore natura eum aut morte aut ſenio ita multaverat, ut rebus gerendis aptus tum haud eſſe potuerit.* „

Quo ad regionem, cujus rex Alexander, *conjux* Jotapes, *creatus a* Veſpaſiano *fuit, partem* Ciliciæ *fuiſſe ex Joſepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpa, obſcurum adhuc remanere mihi videtur. Etſi enim vox* Ησιόδος, *quæ in libris vulgatis, ac in codice MS. Florentino legitur (gg) mutetur ab* Harduino in Νησιάδος, *hancque emendationem ſuo calculo probet* Cl. Noriſius, *qui nomen illud cum Jeſuita intelligit* de inſula & urbe, *primum* Eleuſa, *dein* Sebaſte dicta; *Attamen mihi perſvadere nequeo, eam emendationem facile poſſe ex linguæ Græcæ genio, aut ex geographia probari.*

Quidquid ſit, haud integrum dare poſſumus aſſenſum interpretationi, quam Cl. Wildius *ſuo aſſignavit numo (hh), qui noſtro ſimilis, licet haud ita ſit integer. Affirmat enim, ut de re certa*, Jotapam, *eo numo inſculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam eſſe, Alexandro, Herodis M. pronepoti nup-* R tam

(dd) Hiſtor. Idum. p. 367.

(ee) Alexander nempe, qui ab Herode M. ſuo patre necatus, quique filium habuit Tigranem, primum in Herodis familia regem Armeniæ, atque adeo nepotem ejuſdem Herodis M. ſimul & Archelai Cappadocis ex ejus filia Glaphyra.

(ff) A quo Tigranes alter, de quo loquitur Tacitus, *Rex Armeniæ datus eſt.*

(gg) Sic Noriſius *de Epoch. p. 135. teſtatur, atque in nonnullis Codd. Iſiados, ac in aliis Yſiados, cum in*

tam &c. ſcilicet haud ſatis caute ſuo numo eandem adoptat deſcriptionem, quam Harduinus *de numo dederat* a Sebaſtenis *cuſo, quam vero pluribus* Noriſius, *toties laudatus* (ii) *confutaverat.*

Edit. Gryphiana An. 1539. habeatur Leſidi.
(hh) Select. Num. T. V. p. 41. 42.
(ii) De Epoch. p. 132. ſeqq.

Duo priores ſuperſunt numi hic exponendi; verum id paucis abſolvemus; ſiquidem nihil certi de his affirmare valemus, niſi eos æque inter ſe differre, in regum imaginibus, ac ab aliis numis, quos Antiocho IV. *aſſignavimus. Addam tantum forte priore repræſentari* Antiochum I. *qui, cum per plures regnaverit annos, nonniſi ſenex obire potuit, qualis in eo numo facies cernitur. Ita & alter in 2°, ſenilis itidem, vultus forſan fuerit* Antiochi III. *ſub* Tiberio *defuncti, qui & prioris filius potuit eſſe. Sed de his conjecturas ulterius proſequi non placet; judicent eruditi lectores prout lubebit, atque candide noſtras excipiant ſtricturas, quas auctiores & forſan emendatiores aliquando dabimus, ſi quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de* Syriæ Antiquitatibus, *edere liceat. Tum & alios, cum* CLEOPATRAE *nomine, numos* a Commagenis *cuſos exhibere poterimus, ſi nos Supremum Numen juverit.*

VIRI ILLVSTRES.

Quosdam hic virorum illuſtrium, qui ad nullam ſeriem convenienter poſſunt referri, exhibeo numos; hos inter fundatores urbium, legislatores, philoſophos, poetas, reges, aut principes exteros, ac heroes comprehendo. No-

Nolim, miretur lector, ubi duos, treſve numos ab aliis jam editos obſervaverit; id enim eo tantum conſilio facio, ut vel meam ab aliis diverſam opinionem (quemadmodum jam præfabar) in medium proferam vel numi unius cum alio comparandi gratia: eadem opera, ut omnia pro viribus exacte deſcribam, exponetur numiſma, cujus adverſa, non item averſa pars hactenus publici juris eſt facta; id quod nullo lectorem incommodo, me vero ſolum labore onerat tam parum moleſto, ut, ſi literatis a me ſatisfieri contigerit, eum etiam jucundiſſimum profitear.

LYCVRGVS

Lacedæmoniorum legislator.

D. Wren.

Caput Lycurgi regis Spartanorum, ac legislatoris vultu honeſtiſſimo, & inſcriptio: ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.)(Clava in caduceum deſinens intra coronam lauream, & primæ nominis Lacedæmoniorum literæ ΛΑ; inferiores notæ magiſtratum deſignant, cum autem paullulum detritæ ſint, & aliæ in aliis Lycurgi numis conſpiciantur, eas adnotare non refert. Numus ex ære flavo effictus, ærugine rubra tectus, bono artificio, & conſervatione, præſertim ex parte capitis. *Tab. XII. N.* 4.

Lycurgus, ſi Xenophonti, & Plutarcho credimus, ad Homeri tempora adceſſit, atque primus illius carminibus meritam conciliavit æſtimationem. Inſcitiæ eſſet profecto

numum hunc Lycurgi ætate cuſum opinari, cum hic monetam omnem auream, argenteam, aut cujuscunque demum metalli, ferro excepto, prohibuerit, ex quo ipſo non niſi pondere gravem, & ingentem mole fieri permiſit, ne majori ſcilicet copia adcumulari poſſet: quare a Lacedæmoniis ſerius in ſui legislatoris memoriam, tanquam proprii numinis ſignatum eſſe oportet, cum Xenophon in defenſione Socratis ſcribat, Apollinem dubium hæſiſſe, Lycurgum, dum templum ſubiret, hominem, an deum oraculo pronuntiaret. Herodotus vero *lib. I.* ſuæ hiſtoriæ addit: Lacedæmonios ei templum extruxiſſe, divinosque honores deſignaſſe. — Numus Agidis tempora præcedere ſane non potuit, cum Plutarchus, hunc primum Lacedæmone monetam ſignaſſe dicat. (y)

(y) De Agide II. Archidami III. filio loqui neceſſe eſt Haymium, attamen de hoc id lego *in Lycurgo* Plutarchi *edit. Paris. 1624. pag. 58.* Αγιδος δὲ βασιλέυοντος έισεῤῥύη νόμισμα πρῶτον ὲις τὴν Σπάρτην: *Agide regnante primum pecunia influxit in Spartam;* nihil hic video, quare ſignatæ monetæ, & æneæ quidem autor conſtituatur Agis II. Εισρέειν exteram potius, & quidem auream argenteamque pecuniam, talem nempe, quæ mores corrumpat, deſignat, ut mox indicatis corruptelæ autoribus perſequitur Plutarchus: *καὶ μετὰ τȣ̃ νομισμάτος πλεονεξία καὶ πλȣ́τȣ ζῆλος ἐπέβη δὶ Αλεξανδρον, μᾶλλον δὲ διὰ Λύσανδρον, ὃς - - - - ἐνέπλησε τὴν πατρίδα Φιλοπλȣτίας, καὶ τρυφῆς, καὶ χρυσὸν, και ἄργυρον ἐκ τȣ̃ πολέμȣ καταγαγὼν, καὶ τȣ̀ς Λυκȣ́ργȣ καταπολιτευσάμενος νόμȣς: Comesque pecuniæ habendi cupido, & divitiarum ambitio ſucceſſit per Alexandrum, vel potius Lyſandrum: qui - - - - patriam implevit opulentiæ cupiditate, & luxu, deportatoque ex bello auro & argento Lycurgi leges convulſit.* Arbitror æneæ pecuniæ epocham hactenus ſatis tuto definiri non poſſe, mererique hujus argumenti pertractationem commentariolum ſingularem.

Co-

Corona laurea in averſa parte victorias, clava bellicam virtutem, caduceus prudentiam denotat; quamobrem Spartanos fortitudini, ac ſapientiæ ex Lycurgi inſtitutis hauſtæ plures de aliis populis relatas victorias adſcripſiſſe, idque numismate iſto indicaſſe cenſeo.

Lycurgi vitam pluribus ſcriptam reliquit Plutarchus, & multis Xenophon in Lacedæmoniorum republica, laudatus Herodotus, aliique non pauci perſecuti ſunt.

LICAS *Spartanus.*

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Herculis.)(Caput barbatum ſingulari capitis ornatu, & in orbem epigraphe: ΛΙΚΟ - - - - - forſan ΛΙΚΟΥ, vel ΛΙΚΟΣ (ΛΙΚΑΣ *aptius emendaſſet autor, quamvis nec hoc numi epigraphe ferat*) Numus argenteus conſervatione excellens, opere mediocris, pondere 187. grana Anglica adpendit. *Tab. XII. N. 5.* *Vide etiam Tom. II. Proœm. autoris.*

Lacedæmonii cum Græcis, ac præſertim cum Tegeatis bello colliſi ſemper fere victi, cum ex oraculo, quodnam numen placandum, ut infortuniis ſuis finis imponeretur, quæſiviſſent, reſponſum tulerunt obſcurum, ſe ſcilicet omni tempore victuros, ſi Oreſtis filii Agamemnonis corpus in urbe Arcadiæ Tegea adſervatum recuperarent: id itaque diu ſumma diligentia perquiſitum fruſtra: omnis fere inveniendi ſpes jam abjecta erat, cum Licas Spartanus

 ali-

aliquis in domo fabri ferrarii infra terram omnibus ignotum prehenſum multo labore, ac periculo, nec minori ſagacitate in Laconiam retulit; ab eo vero tempore Spartani ſemper bello ſuperiores totam fere Peloponneſum occuparunt, ut Herodotus *lib. I.* multis narrat, qui Spartæ quoque equitum genus fuiſſe teſtatur, qui ob illuſtre aliquod facinus a militia, omnique alio onere liberi, adpellabantur Benemeriti: deſignabantur ſingulis annis ad hunc ordinem quinque, hac tamen lege, ut electi, antequam in ipſum corpus cooptarentur, integro menſe itinera per diverſa loca in patriæ emolumentum ſuſciperent, quos inter Licas fuerat.

Mihi itaque veriſimile videtur, Lacedæmonios ejus, qui Oreſtis corpus, quod inveniri adeo intererat reipublicæ, in patriam retulerat, memoriam perenni monumento conſervatam voluiſſe: pondus meæ conjecturæ addit una ex parte ſignatum Herculis caput, qui Spartanorum erat numen tutelare. — Cum Lici capitis ornatus ei aliquantum ſimilis adpareat, quo ſacerdotes utebantur, in illud inducor, ut Lacedæmonios illi, qui rem tam ſacram Spartam reportaverat, ſacerdotii honorem conceſſiſſe, cumque forſan Oreſti templum extruxiſſent, Licam ibi ſacerdotem conſtituiſſe arbitrer.

Video opponi poſſe Licæ nomen ab Herodoto ita ſcriptum ΛΙΧΗΣ, aliis ſcilicet literis, ac in noſtro numo: aſt Cl. Spanhemius *diſſert. II.* K in X ab Jonibus facile permutatum eſſe adfirmat ita loquens: K *in* X *ſæpe ab illis, aliisque converſa, ut ex priſcis nummorum, & lapidum mo-*

nu-

numentis non obſcure licet etiamnum colligere. Poſtremum videas in nummo Sardianorum inſcripto ΝΕΩΧΟΡΩΝ. *apud Cl. Seguinum, & in altero Bizyenorum Gazæ Mediceæ, ubi XAI pro KAI pari ratione legitur. Unde nata illa confuſio in ſcriptura urbis Calchedonis, quæ modo K, modo X præfert. Vide Harduin. de Num. Ant. p.* 79., & *Stephan. de urb. p.* 750. Præterea Spanheim *diſſert. V.* in marmore Apotheoſis Homeri ΚΗΡΟΝΟΣ pro ΧΡΟΝΟΣ adnotatum, ac literam K antiquitatis argumentum eſſe ait.

ANTISTHENES *Philoſophus.*

Cynicæ ſectæ princeps.

Primus Excell. Ducis de Devonshire. Alter Oxoniæ habetur.

Caput feminæ diadematum.)(Caput barbatum, infra quod clava, & literæ Α — ΤΙΣ; alter Oxoniæ adſervatus nomen ΑΝΤΙΣ aperte exhibet, & clavæ loco caduceum refert: ambo elegantes, ac integerrimi. *Tab. XII. N.* 6. *&* 7.

Caput barbatum Antiſthenem philoſophum Socratis auditorem, Cynicæ ſectæ principem, Diogenisque magiſtrum repræſentare arbitroi (z) cum ob literas ΑΝΤΙΣ utrinque po-

(z) Senſit cum Cl. Liebe celebr. Froelichius in *Notit. Elem. Numis. pag.* 74. ad Antiſſam Lesbi oppidum referendum potius numum hunc, de quo vide *Goth. Num. pag.* 163.

poſitas, tum ob ea, quæ Laertius *lib. VI.* hunc in modum diſſerit: Antiſthenes Athenienſis corpus firmiſſimum nactus lucta inclaruit: hic, cum in prælio Tanagrenſi pugnaſſet ſtrenue, præ Athenienſibus cunctis bellicæ virtutis laudem a Socrate obtinuit: inter alia librum quoque de fortitudine compoſuit, qui Hercules major inſcribitur; ob hæc itaque momenta clava infra caput primi numi collocata mihi animos adjicit, ut laudatum philoſophum in eo exhiberi cenſeam; caduceus autem in Oxonienſi numismate ſignatus eum eloquentiæ ſuavitatem fortitudinis gloriæ conjunxiſſe indicat. Ipſe inſuper capitis ornatus aliquam habet ſimilitudinem cum cæſtibus, quibus veteres athletæ brachia armabant, pannus vero ex capite in humeros defluens pallium eſſe videtur, quod ab Antiſthene inventum proprius Cynicorum philoſophorum habitus fuit; hac tamen in re ſententiam meam eruditi lectoris judicio libenter ſubmitto.

Caput muliebre una ex parte depictum numini forſan alicui adtribuendum, certæ cuidam deæ adjudicare non auſim, cum omne, ex quo id determinare poſſemus, adtributum deſideretur. (aa)

Fulvius Urſinus inter viros illuſtres caput imberbe Antiſthenis protulit; verum argumenta, quibus Fabri in notis idem probabile efficere conatur, nequaquam ſatisfaciunt.

DEUCE-

(aa) Laudatus Liebe in ſuo Gothano poetriam Sappho agnoſcit.

DEUCETIUS. *Siciliæ rex.*

Equitis Roberti Abdy.

Caput nudum.)(Victoria bigas regens, ſupra quas MENA, infra vero Π legitur. Numus cruſta minerali rubra tectus, artificio mediocris, conſervatione eximius eſt. *Tab. XII. N.* 8.

Moneta hæc Menis in Sicilia eſt cuſa: urbs hæc a Stephano, & Ptolemæo MENAI, gentili MENAÏΟΣ, adpellatur, a Latinis Menæ, a Diodoro Siculo Μέναινον dicitur; conditorem vero habuit Deucetium, qui Siculis præfuit eo tempore, quo Athenis Philocles, Romæ autem A. Poſthumius Regulus, & Sp. Furius Mediolanus (bb) Coſſ. Olympiade LXXX. Fazellus numos æneos, argenteosque optime elaboratos in hac urbe, & vicinis campis ſua etiam ætate inventos commemorat in extimo areæ circulo inſcriptos MENENΩN.

Bis mille paſſibus infra Menas lacus Palicorus conſpicitur, hodie *Nattia*, ubi celeberrimum ejusdem nominis templum olim ſtetit, hinc diruta urbs Palica ferme ictu fundæ diſtat, quæ a Deucetio pariter condita Diodori Siculi ætate jam erat everſa. Quare, cum a Menæis, ut diximus,

(bb) Græcum codicem ſecutus eſt Haymius: faſti bibliothecæ Cæſareæ a Noriſio relati Poſthumium Regillenſem, & Furium Medullinum III. ad annum V. C. 291. conſtituunt.

mus, ſignatus ſit numus, probabile videtur literam Π infra equorum ventrem poſitam Palicam vicinam, ac præcipuam urbem denotare, ubi celebre illud deorum Palicorum templum cum ab incolis, tum ab exteris magna religione cultum. Dubium eſſe non poteſt eos populos fundatoris caput in moneta impreſſiſſe, nec a veritate nimium abeſt, eam Deucetio vivente cuſam, cum artes in Græcia illa ætate, quæ a Phidia ſculptore non multum diſtat, magnam adeptæ eſſent perfectionem.

Diodorus Siculus *lib. XI. & XII.* fuſiore ſtilo illuſtre ejusdem regis elogium contexit, & poſt eum Fazellus *hiſt. dec. II.* Iidem autores multum de horum deorum templo, aliisque ad noſtrum numiſma facientibus loquuntur, præcipue vero de victoria Deucetii Morgentium occupantis, qua tributo Siciliæ univerſæ impoſito, præter immenſam divitiarum vim fortis, ac ſtrenui ducis nomen & a Siculis, & a Græcis obtinuit; quare ſi Deucetii ætate ſignatus eſt numus, Victoria bigas agens aliud, quam ejus triumphum, denotare non poſſe videtur.

MACEDO, *a quo Macedones originem trahunt.*

D. Wren.

Caput nudum cum inſcriptione: MAKEΔONΩN. ☾ Corona, intra quam ſella curulis, urna ſuffragiorum, & in medio clava cum epigraphe: AESILLAS. Q. *Tab. XII. N. 9.*

Numus hic in muſeis frequens ab aliis jam eſt editus, ſed adeo ſibi diſſimilis, quemadmodum ex Goltzio &c. adparet,

ret, ut hic recudendum neceſſe judicaverim; ut vero eum eruditis magis jucundum reddam, Latinam adjungo diſſertationem D. Jonathæ Richardſon perſpicacis juvenis, qui multum ab aſſiduitate ſua cum literis, tum in pictura ſpondet.

Caput ignotum, forſan fundatoris imperii Macedonum MAKEΔONΩN. (cc) *Vas aliquod, clava Herculis, ſella curulis, in corona laurea*: AESILLAS. Q.

Hunc numum profert Montfaucon in Palæographia lib. II., c. 1., *p.* 122., *ſed miſere mutilatum, nam in poſtica parte* Q *non comparet, & ſella curulis ignoratur, quid ſit: in antica* MAK.... *ſolum legitur; pag.* 121. *caput Apollinis eſſe putat, & ſella curulis, ut ſuperius dictum eſt, ignoratur, quid ſit, & quis denum ſit hic* AESILLAS, *ignoratur etiam. Inſcriptionem vero Græcam eſſe, non dubitat; Græcis ſcilicet literis L, & S Latinæ formæ utentibus, ut ex inſcriptionibus antiquis probat. Porro in hunc modum orationem finit. Hic vero numus ante rem Romanam cuſus putatur: quis vero ſit* AESILLAS, *neſcitur pag.* 130.

Si in aliquo trium illorum numorum, quos viderat Montfaucon, comparuiſſet littera illa Q, *non perdidiſſet operam, & oleum in demonſtrando nomen illud* AESILLAS *Græcis litteris ſcriptum eſſe, Græci enim hanc litteram neſciunt.*

S 2 *Mi-*

(cc) Non aliud caput agnoſco, quam Herculis, aut Alexandri M. infelici ſcalpro effictum, qualia in protritis numis æneis cum epigraphe: KOINON MAKEΔONΩN. ſe offerunt.

Mihi vero videtur hic AESILLAS *quæſtor fuiſſe Macedoniæ, quod commentum in parte probat ſella illa curulis; ſed multo melius id, ſcilicet, ſolenne eſſe provinciæ Macedoniæ quæſtorum nomen numis imponere, ut videre eſt in duobus numis Macedoniæ apud Harduinum in appendice:* ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΓΑΙΟΥ. ΠΟΠΛΙΛΙΟΥ. *Macedonum Cajo Publilio Quæſtore, in corona laurea; in cimelio regis. Et quæſtorum nomen numis appoſitum ex iſto intelligis. Et ex hoc altero* ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΛΕΥΚΟΙΥ. ΠΑΚΙΝΝΙΟΥ. *Quæſtore Lucio Pacinnio, in corona laurea; ex eadem gaza regia.*

Abs re nequaquam erit Diodori Siculi *lib. I.* de Macedoniæ fundatore ſententiam commemorare, ita fere loquentis: Oſiridem ex Ægypto abeuntem ſecuti ſunt duo illius filii Anubis, & Macedo: ille in ſcuto pro inſigni canem, hic lupum prætulit, tanquam internæ amborum indolis veros indices; & inferius de Oſiride agens ſubjungit: Macedonem filium ſuum provinciæ regem conſtituit, quæ ab eo dicta Macedonia. Sunt vero qui Jovis, & Thyæ filium volunt.

CORINTHUS. *Fundator Corinthi.*

Equitis Roberti Abdy.

Caput nudum, & barbatum.)(Pegaſus cum inſcriptione: COPIN. Fabrica, & conſervatione inſignis numus pellicula rubra obductus eſt. *Tab. XII. N.* 10.

Ca-

Caput nudum Corintho adtribuo Marathonis filio, fundatori Corinthi, qui a Pauſania Apollinis pronepos dicitur, & vulgo Jovis filius, nullo tamen certo fundamento, habetur: hic poſtquam aliquamdiu regnaſſet, absque hærede interiit.

Pegaſus in Corinthiorum numis plerumque in memoriam Bellerophontis herois ſui eſt percuſſus.

Corinthi Achajæ numum eſſe denotant literæ. COPIN. infra Pegaſum, quæ cum Græcæ partim, partim Latinæ ſint, eum urbe jam populo Romano per L. Mummium ſubjecta flatum puto.

TABULA XIII.

TIMOTHEUS, & DIONYSIUS.

Heracleæ Ponti tyranni.

Excell. Ducis de Devonshire.

Caput Apollinis)(Hercules leonis exuviis tectus d. clavam tenet, tropæumque conſtruit: ex una illius parte TIMOΘEOΥ. *Timothei*, ex alia ΔIONΥΣIOΥ. *Dionyſii* conſpicitur. Numus argenteus boni operis, & conſervationis $35\frac{1}{2}$ grana Anglica adpendit. *Tab. XIII. N.* 1.

Moneta hæc parva mole ſua magnam, ſingularemque eruditionem complectitur: imprimis veram Heracleæ Ponti originem apud autores adeo variam detegit, tum etiam Timotheum, ac Dionyſium fratres circa Alexandri tempora

ſimul regnantes oſtendit, quorum ſolus Memnon hiſtoricus meminit, cujus ſcripta temporum injuriis interiere, neque aliud edax vetuſtas reliquum nobis fecit, quam compendium a Photio *pag.* 703. ſervatum, ex quo magnam rerum mox referendarum notitiam erui.

Pomponius Mela Herculem Heracleæ fundatorem facit, Arrianus, & Xenophon Megarenſes, Strabo Mileſios, Juſtinus vero, quem ob Apollinis caput una ex parte, Herculemque ex alia ſignatum ſequimur, ita loquitur: *Cujus urbis* (Heracleæ) *& initia, & exitus admirabiles fuere, quippe Boeotiis peſtilentia laborantibus oraculum Delphis reſponderat, coloniam in Ponti regione Herculi ſacram conderent. lib. XVI. c.* 3. & poſtea. *Igitur conſcripta colonorum manu, in Pontum delati urbem Heracleam condiderunt.*

Herculi ſacratam, atque ab eo adpellatam eſſe Heracleam cenſeo ob vicinam ſpecum, per quam in infernum deſcendit teſte Xenophonte de geſtis Cyri *lib. VI.*, Pomponio Mela *lib. I. c.* 19., & Plinio *lib. XXVII. c.* 2., qui de aconito promptiſſimo veneno diſſerens ita habet: *fabulæ narravere e ſpumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monſtratur ad inferos aditus, aconita gigni.*

Hæc de urbe ſufficiant, duos jam in poſtica nominatos reges perſequamur. Memnon, ut ſuperius innuimus, Timotheum tertium Heracleæ Ponti tyrannum, Clearchi filium, Satyrique (quorum, & Juſtinus meminit *lib. XVI. cap.* 4., *&* 5.) nepotem dicit. Princeps erat regno par,

mode-



1
D ½
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
Æ
2
C
ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ
Æ
3
ΙΩΤΑΠΗ
A ½
Æ
4
C
Æ
5
B ½
Æ
6
A ½
Æ
7
Æ
8
B
ΜΕΝΑ
Æ
9
F
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
AESILLAS
Q
Æ
10
B
COPIN.
Æ


1
C½
ΟΡΧ
Æ
2
ΧΑΛΚΙ
ΛΕΝΕΔΗ
Ꝝ
3
B
ΝΙΣΥΡΙΟΝ
ΙΜΕΡΑΙΟΣ
Ꝝ
4
Ꝝ
Ρ
Γ
Λ
5
C
ΑΘΗΝΑ
Æ
6
D
ΑΓΡΙΠ
ΠΕΩΝ
Æ
7
A
ΔΑΡΔ
Æ
8
A
ΔΙ ΟΣ
ΚΟΥ ΡΙΑ
Λ Ο
Æ
9
C
CARTEIA
Æ
10
B
CARTEIA
IIII VIR
Æ
D · D



moderatus, clemens, miſericors, ſibique ſubjectorum benefactor potius, ac ſervator, quam ſævus tyrannus: in judiciis tam adcuratus, & ſeverus, quam cetera facilis, ac benignus: ſtrenuus miles, periculorum contemptor, terror hoſtium: adſumto ſubinde Dionyſio fratre natu minore in regni ſocietatem, poſtquam quindecim annis imperaſſet, firma ætate non ſine maxima ſuorum, a quibus tenerrime amabatur, comploratione mortuus fratri ſoli rempublicam administrandam reliquit.

Ob ſimultates, quæ ſibi cum Alexandro M. interceſſerant, tantum ex nunciata hujus morte Dionyſius percepit gaudium, ut ſtatuam Lætitiæ dedicaret. Amaſtrem Oxathris Darii ab Alexandro devicti fratris filiam duxit, ex qua filiis duobus, filia unica ſuſceptis, cum regnum tranquillo in ſtatu eſſet, deliciis ſe dare cœpit Dionyſius, unde abdomine laborabat adeo informi, ut neglectis regni negotiis continuo fere veterno opprimeretur: bonus cetera princeps, cujus etiam poſt 30. imperii annos conſecutam mortem magno Heracleenſes luctu deplorarunt: regni, filiorumque curam Amaſtri uxori reliquerat.

Quare numus Heracleæ Ponti, ut diximus, in duorum, qui in averſa parte indicantur, fratrum memoriam ſignatus fuit, ob ſingularem forſan aliquam victoriam, cum Hercules urbis tutelare numen tropæum inſtruat.

Hero-

Heracleæ regum genealogiam ex laudato Memnone erutam in lectoris gratiam adjungo.

CLEARCHUS primus tyrannus Heraclea potitur circa annum V. C. 400; crudelitati imprimis deditus, conjuratione enecatur anno ætatis 58, regni vero 12.

SATYRUS frater Clearcho ſuccedit; atrocitatem, qua fratris mortem vindicat, per ſeptem imperii annos indole ipſa, ac conſuetudine firmatam ſervat; cum nullum haberet filium, Timotheum fratris filium ſub vitæ finem ad regni conſortium vocat, gangræna tandem confectus moritur anno ætatis 65.

TIMOTHEUS Clearchi filius natu major regnum initio ſolus tenet, tum vero Dionyſium fratrem adſociat, optimus ſemper princeps 15. annis imperat, atque valida etiam ætate decedit.

DIONYSIUS alter Clearchi filius cum fratris collega, tum ſolus 30. regit annos, juxta Diodorum autem Siculum 32.; princeps tolerabilis, adipe diſtentus e vita excedit ætatis anno 55.

AMASTRIS a Dionyſio conjuge Clearchi II. natu majoris, & Oxathris, ſeu Zathræ minoris filiorum conſtituta tutrix cum eis annos 17. imperavit; erat his etiam ſoror ejusdem cum matre nominis.

LYSIMACHUS Heracleam occupat; quatuor, aut quinque annos regnat; a Seleuco occiditur juxta Petavium tertio anno Olympiadis CXXIV., & V. C. 475.

Poſt

Poſt Lyſimachum Heraclea in Seleuci, atque aliorum quorundam Syriæ regum poteſtatem venit, ſi Photio credimus, qui hocce regnum a Clearcho, ad Lyſimachi mortem 75. annis perduraſſe ſcribit.

SAPPHO *Poetria.*

Comitis de Winchilſea.

Caput muliebre ſingulari ornatu.)(Miles ſtans cum haſta, & ſcuto; in area litera E. Ad conſervationis nitorem adcedit operis elegantia. *Tab. XIII. N.* 2.

Si adtente hujus capitis ornamentum conſideretur, cum eo valde convenire adparebit, quod numus ab antiquariis poetriæ Sappho tributus repræſentat: vixit hæc Olymp. XXIV., & ob ſuorum operum amœnitatem decima muſa eſt adpellata; vultus certe conformatio optime congruit cum autoribus, qui eam pulchram fuiſſe negant: ceterum, cum alii Mitylene, alii Ereſiæ natam velint, literam E in poſtica ſignatam primam eſſe arbitror nominis hujus urbis, quæ, meo judicio, numum in feminæ tam illuſtris memoriam procudit. Qui poetriam hanc intime noſſe cupit, lexicon criticum doctiſſimi Bayle de nomine Sappho adeat.

ARCHYTAS. *Philoſophus Tarentinus.*

Ill. Comitis de Winchilſea.

Caput barbatum, pone monogramma literas APK exhibens.)(Piſcis raia dictus. Eadem conſervationis, & artificii præſtantia: vernix nigra. *Tab. XIII. N.* 3.

Archytas Tarentinus philoſophus Pythagoreus Platoni, quem cædi deſignaverat Dionyſius, vitam, miſſa ad tyrannum epiſtola, ſervavit. *Vide Laertium lib. VIII.* Fulvius Urſinus hocce caput in ſerie virorum illuſtrium ab ſe deſcripta refert. Vide Fabri in notis *pag.* 17. Piſcis averſæ maritimam urbem denotat.

Similis, ſed argenteus, habetur inter Conſulares Vaillantii *Tom. II. pag.* 318. familiæ Proculejæ cum epigraphe: C. PROCULEI. F., cujus numi barbatum caput Archytam non vero Neptunum, ut laudatus autor contendit, repræſentare, ac Tarenti percuſſum exiſtimo; quum forſan ad hanc urbem Proculejus hic prætor ab Auguſto eſſet deſtinatus; nihil vero ſimilius, quam Tarentinos eundem typum in moneta continuaſſe, quo, antequam Romanis ſubjicerentur, fuerant uſi, qua ipſa ætate numum hunc æneum ſignatum cenſeo, in cujus averſa, uti etiam in aliis ſimilibus a me viſis numis, nulla profecto epigraphe adeſt; quare certum eſt hunc ab eo, quem Vaillantius inter familiarum numos recenſuit, diverſum eſſe, atque antiquiorem etiam.

ARISTO-

ARISTOCRATES. *Rhodiorum princeps.*

Equitis Roberti Abdy.

Caput diadematum.)(Roſæ (Balauſtio) ſubjectus caduceus, ad quem litera P, in orbe vero numi ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ. *Tab. XIII. N.* 4.

Numus hic nitide conſervatus, boni cæli, æris flavi, ac rubra vernice tectus eſt, attamen, quia recentiore manu politus, corruptam aliqua ex parte fuiſſe inſcriptionem facile adparet, cum ſolæ literæ ΑΡΙΣΤ.... intactæ, ſequentes vero ΑΚΟΣ..... refictæ ſint, hiante ſpatiolo in imagine punctulis notato, in quo olim fuiſſe literas obſervatur, quæ ætate adroſæ, & repurgatione, qua metallum ea parte minerali cruſta exutum eſt, penitus deletæ, nullo modo legi poſſunt.

Caput diadematum Ariſtocratis Rhodiorum principis eſſe, ac literas in arcum poſitas ejus nomen efformaſſe certo perſuadet Suidas ita ſcribens: *Ariſtocrates Rhodiorum dux, aſpectu venerando, & pene terribili. Quare Rhodii ex omnibus plane parem imperio, & dignum principatu judicarunt; ſed ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam cum ad res gerendas, tanquam ad ignem ventum eſſet, inſtar adulterini nomiſmatis, expectationi hominum de ſe non reſpondit.* Balauſtium poſticæ, & literam P. Rhodium numum indicare omnibus eſt notum, hæc enim inſula ejusmodi ſignis in moneta utebatur; caduceus principem hunc ab eloquentia commendare videtur.

AGATHOCLES. *Lyſimachi Thraciæ regis filius.*

D. Chichley.

Caput juvenile galea Phrygia tectum.)(Tropæum, & inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. *Regis Lyſimachi.* Operi eximio non cedit conſervatio. *Tab. XIII. N.* 5.

Agathocles Lyſimachi filius, juxta aliquos, patre e Getarum captivitate erepto, Lyſandram Ptolemæi Lagi filiam duxit; in Aſiam ſubinde cum exercitu navigans vicit, & regno exuit Antigonum, cui poſt Alexandri mortem, teſte Juſtino *lib. XIII.*, Phrygia major in partem ceſſit. En itaque, cur galea Phrygia ornetur caput, quod, cum a patre vultus forma valde ſit diverſa, ſolius Agathoclis Lyſimachi filii eſſe poteſt. Tropæum ad memoratam inſignem victoriam eſt referendum; cum eam vivente patre retulerit, quid mirum Lyſimachi nomen in numo ſignatum eſſe, cum filiis, nonniſi poſt parentum mortem, regii honores fuerint conceſſi, qua ipſa conjectura ſatis perſuaderi puto, nequaquam Lyſimachi, ſed Agathoclis filii eſſe caput in numo expreſſum. Addam quoque, cum hæc hiſtoria non omnibus ſit nota, Pauſaniæ innixus teſtimonio, Agathoclem Lyſimachi juſſu occiſum eſſe, aut ob clandeſtinos aliquos cum Arſinoe illius conjuge, ac Lyſandræ ſorore amores, aut ipſius Arſinois artibus, quæ, ne filii poſt Lyſimachi jam ſenis mortem in Agathoclis privigni poteſtatem venirent, metuebat.

Pauſanias in Attic.

Ne autem lectori mirum videatur, capiti alicujus nomen alterius adjici, pervelim, ut in mentem revocet, quæ

pag.

*pag.*33. *& ſeq.* cujusdam numi Seleuci I. Syriæ regis occaſione diſſerui, his enim oſtendi ab Syriæ, & Ægypti regibus ſæpe uxorum, aut ſanguine junctorum capita cum nomine regis ſignata, ut ex Ptolemæi, Alexandri, aliorumque numis conſtat, quod argumentum ſatis firmum videtur, ut novum meæ conjecturæ addat pondus.

LYSIMACHUS *Thraciæ rex.*

Ill. Comitis de Winchilſea.

Caput diadematum, & cornutum.)(Pallas galeata ſedens d. Victoriolam volantem tenet, ſ. ſcuto capite Meduſæ inſigni, nititur: inſcriptio : ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Numus hic argenteus ejusdem cum imagine magnitudinis, conſervationis optimæ, & eximii eſt artificii. *Tab. XIII. N. 6.*

Verum Lyſimachi caput diadematum, & cornutum hic refero, ut ingens inter illud, ac filii caput antea exhibitum diſcrimen oſtendam, quod ſuperiorem meam ſententiam magnopere confirmat. Lyſimachus primus omnium Alexandri M. ducum titulum regis uſurpavit, atque facta regionum Alexandro ſubditarum diviſione Thraciam obtinuit Macedoniæ contiguam; cum enim Thraces ſeditioſi maxime, ac turbulenti, Lyſimachus potiſſimum, utpote bellica virtute excellens, ad eos continendos præ reliquis eſt electus, qui & ipſe Macedo, ut ſe verum Alexandri ſucceſſorem monſtraret, capiti ſuo cornu adjici voluit ad

regis tanti imitationem, qui illud, ut Jovis Ammonis filius haberetur, adſumſerat.

Monetam hanc a Lyſimacho, poſtquam Macedoniam Demetrio expulſo occupaſſet, cuſam puto. Quidquid hactenus diſputavi ex Pauſania, aut Juſtino, qui Lyſimachi hiſtoriam multis perſequuntur, hauſeram. Pallas armata ſedens cum galea, & ſcuto, gentilitium, ac tutelare Macedonum numen fortitudinem denotat: Victoriola volans, quam manu præfert, obtentæ jam a Lyſimacho Macedoniæ indicium eſt, quum inſignem de Demetrio, ejusque filio Antigono, ac Pyrrho, teſte Pauſania in Atticis, victoriam retuliſſet.

TERIDATES *Arſacis Parthorum regis frater.*

D. Kemp.

Caput juvenile eleganter comatum, ac pileo ſingulari tectum.)(Vir venerabilis ſedens ſ. haſtam, d. neſcio quid, tenet absque ulla epigraphe. Numus hic argenteus valde tenuis, nec orbiculum A exæquat. *Tab. XIII. N. 7.*

Ut meam de hoc numismate ſententiam declarem, de averſa parte initio, tum de adverſa diſſerere oportet. Cum vir gravis ſedens, artificium, (dd) tenuitas ipſa optime con-

(dd) Fabricæ ruditas Haymium deterrere debuerat potius, ne Arſaci, aut Tiridati numum hunc tribueret; cum enim Parthicæ

conſentiant cum numis Arſacis Parthorum regis, ei hunc etiam quinarium argenteum adſcribo; quia vero anticæ partis juvenile caput male cum hoc Arſace convenit, compendium rerum Parthicarum Arriani apud Photium legentem *pag.* 51. ſequens narratio facile movit, ut illud Teridati ejusdem fratri adjudicarem: *Macedonum autem imperium excuſſiſſe, cum pridem ſervitutem ſerviiſſent, Perſis una rebellantibus, hac potiſſimum de cauſa: Arſaces, & Teridates fratres erant Arſacidæ, ex filio Arſace Phriapita geniti* (ee). *Hi Phereclem ab Antiocho rege (quem Deum cognomento appellabant) ejus oræ ſatrapam conſtitutum, quod altero fratrum abuti per vim fœde conaretur, contumeliam non ferentes, necarunt; conſciis etiam aliis quinque. Gentem itaque Macedonum pellentes imperium ipſi arripuerunt, magnamque ſunt potentiam conſecuti, &c.*

Merito itaque, ut mihi videtur, Arſaces caput fratris, qui in numo pulcher, ac juvenis eſt effictus, ferire potuit, ut populo libertatis cauſam in mentem reduceret; ſeipſum vero in averſa ſedentem in throno, pileo tiaræ conſimili tectum, & ſiniſtra ſceptrum gerentem ſignavit, Parthos jugo excuſſo a proprio jam rege in omnibus gubernari, indicans.

HAN-

thicæ monarchiæ initium ad tempora Alexandri M. adcedat, major quoque in primis numis elegantia conſpicitur, quam in poſterioribus: inſuper & Arſacis, & Tiridatis certum ac proprium indicium eſt ſedile *cortinæ* ſimile, quod hic non comparet.

(ee) Ita habent excerpta Photii: Ἀρσακίδαι τȣ̃ ἠȣ̃ Ἀρσάκȣ τȣ̃ Φριαπίτȣ ἀπόγονοι: quod ſic in Latinum fuerat convertendum: *Arſacidæ deſcendentes ex Arſacis Phriapiti filio.*

HANNIBAL. *Carthaginenſium dux.*

Ill. Comitis de Pembrock.

Caput galea elegantiſſima tectum.)(Caput muliebre obverſum paſſis capillis, atque collo ornamentis quibusdam inſtructo. Numus ex argento puro flatus, conſervatione, & opere ſingularis 168. grana Anglica adpendit, magnitudine vero orbiculum C paullulum ſuperat. *Tab. XIII. N.* 8.

Caput galeatum Hannibali duci celeberrimo cum nomine Punicis literis expreſſo a Fulvio Urſino adjudicatur, qui illud, absque averſa parte, inter viros illuſtres retulit; hæc vero caput muliebre collo ornamentis ſexus decorato exhibet, quod Didoni, quæ Carthaginem condidit, ſi eruditis placuerit, tribuere poſſumus. Cum Hannibalis maxima Latinorum hiſtoricorum pars in bellis Punicis, & inter ipſos Græcos Polybius, Appianus, aliique meminerint, ac Plutarchus ſingularem ejus hiſtoriam memoriæ prodiderit, plura adnotare ſuperfluum eſſet.

Caput ignotum Carthaginenſis.

Equitis Abdy.

Caput legati, aut ducis Carthaginenſis barbatum, ac ſingulari modo comatum, præ quo caduceus eloquentiæ indicium.)(Intra coronam lauream, neſcio quid, forſan pileus libertatis? cum characteribus quibusdam ignotis. Numus


1
A
ΤΙΜΟΘΕΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
AR
2
B
E
Æ
3
C ½
Æ
4
E
ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ
Æ
5
C
ΛΥΣΙΜΑΧΟ
ΒΑΣΙΛΕ
Æ
6
ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
AP
AR
7
AR
8
C
AR
9
C
Æ



mus æneus artificio laudabilis, conſervatione excellens eſt. *Tab. XIII. N. 9.*

TABULA XIV.

SALUSTIUS *hiſtoricus.*

D. Wren.

Caput Saluſtii in numo Crotoniatarum (ff) maximæ formæ, qui vulgo contorniati; ejus eſt hæc moneta magnitudinis, quam cælatura indicat, integra quidem, rudis tamen operis. *Tab. XIV. N. 1.*

Hocce numisma a Patino jam prolatum, atque explicatum deprehendet lector, attamen iterum æri incidendum judicavi, cum illius caput barbatum, cælatoris forſan errore, hujus vero, atque aliorum a me viſorum numorum imberbe ſit.

CARICTACVS *in aliqua Angliæ parte princeps.*

Ill. Comitis de Winchilſea.

Caput nudum.)(Equus cum ductore, infra quem: CARIC. Rudis artificis manum opus prodit. *Tab. XIV. N. 2.*

V De-

(ff) Errorem hunc ex Erizzo hauſtum jam apud antiquarios deterſum eſſe Cl. Mahudel *Hiſt. de l'Acad. des inſcript & belles léttres T. V. p. 287.* ubi de numis contorniatis agitur, indicavit.

Decimo Claudii cæſaris anno, dum P. Oſtorius proprætoris poteſtate Angliam regeret, Carictacus optimus Britannorum dux, Siluris, hodie provinciæ Valliæ incolis præfectus, adverſos ſibi Romanos ita fatigavit, ut non ab eis, niſi ægre, ſit ſuperatus, tum vero fugiens Cartismanduæ Brigantium reginæ fidem imploravit, aſt ab ea proditus, vinctus, ac Romanorum poteſtati traditus eſt, a quibus cum uxore, filia, & quibusdam ante captis fratribus Romam ad Claudium miſſus vitam ab hoc cum ſuis omnibus obtinuit. Regis hujus capti gloriam tanti fecit Senatus, ut ei, quæ de Syphace olim, Perſeo, aliisque in poteſtatem redactis parta erat, parem exiſtimans, triumphum Oſtorio decreverit, teſte Tacito. *Ann. lib. XII.*

Zonaras apud Cambdenum de memorandis dictis, Carictacum e vinculis liberatum, ac Romæ, ad Urbis amplitudinem, ac ſplendorem demirandum, circumductum dixiſſe refert: ſi adeo grandibus, atque magnificis, Romani, fruimini palatiis, quid noſtra adeo percupitis tuguria? Singularis ſane, atque præclara barbari principis animadverſio.

Tacitus regem hunc Caractacum dixit, aſt, cum rudis fabrica hocce numisma ejus ætate in Anglia cuſum teſtetur, ex literis in poſtica ſignatis Carictacum ſcribendum eſſe evidenter elucet.

PHILOPATOR *Ciliciæ rex.*

Equitis Hans Sloane.

Caput muliebre turritum, & velatum.)(Pallas cum ſcuto Victoriolam manu tenet adjecta inſcriptione: BACIΛΕΩC.

ΛΕΩC. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟC. Numus hic unicus, conſervatione ſingularis, opere mediocris. *Tab. XIV. N.* 3.

Breves, quæ hoc de numo ſequuntur, a Cl. D. Maſſon me petente conſcriptas notas lectori jucundas fore ſpero.

Nullibi præterquam in Britannia, nec etiam plures, quam duos id genus numos, regis Philopatoris *nomine ſignatos, vidi. Qui delineatus hic cernitur, in præſtantiſſimi* Hans Sloane *Baroneti gaza proſtat; alter vero penes Reverendum, doctiſſimumque* Covel *S. theologiæ doctorem & collegio Chriſti Cantabrigiæ præfectum huic omnino geminus, niſi quod inſuper litteris numeralibus* ΔΛ *annum* 34. *ſignificantibus, ſit inſignitus;*

Utrumque ad Philopatorem *in* Ciliciæ *maritimæ parte regnantem refero. At cum* Tarcondimoti *filius* Philopator *vocatus dicatur* Dioni (α) *ſtatim poſt Actiacam victoriam ab Auguſto* ſpoliatus principatu; *atque idem hiſtoricus teſtetur*, (β) *decem poſt annis, ſcilicet V.* C. 734. *Auguſtum* Tarcondimoto *prioris* Tarcondimoti *filio* principatum, quem pater ejus in Cilicia habuiſſet, dediſſe: *neceſſe eſt, ut prior* Philopator, *vel alter, ejus frater, aut ex fratre nepos, paulo poſt Tarcondimoto II. ſucceſſor datus fuerit. Etenim* Tacito (γ) *teſte* Philopator Cilicum rex defunctus eſt *anno* V. C. 770., *atque in* Coveliano *numo annus habetur* Philopatoris 34., *qui ſi vel ab eo* V. C. 770. *anno* Philopatoris *ultimo, deducatur, dabit priorem ejus regni annum iniiſſe ſummum anno* V. C. 736. *nimirum* biennio, *poſtquam Principatus* Tarcondimoto II. *tributus a* Dione *ſcribitur.*

(α) *Hiſt. lib. LI. pag.* 443.

(β) *Ibid lib. LIV. pag.* 525.

(γ) *Annal. lib. II. c.* 42.

De Tarcondimoto I. *honorifice Ciceroni, & Straboni memorato, atque de* Ciliciæ *parte, in qua regnavit, alibi prolixius dicemus.*

Rex Parthiæ.

Equitis Andreæ Fountain.

Caput regis Parthiæ cum tiara, & epocha ΔΚΥ anno 424.)(Mulier ſedens dextra mento ſuppoſita. Ab inſigni conſervatione plurimum differt rude artificium. *Tab. XIV. N.* 4.

Sequentes animadverſiones Cl. D. Maſſon debentur, cui hunc librum hiſce pro ſua humanitate condecorare placuit.

Quin Parthicum regem nobis exhibeat elegans hicce numus, dubitare non ſinunt vel ipſa capitis inſignia, cujusmodi jamdudum vulgarunt antiquarii in aliis Arſacidarum numis ſpectanda; ut neceſſe non ſit, iisdem explicandis nunc immoremur. Paucis tantum dicemus hoc in numo cerni capitis tegmen in orbem ſinuatum, *quale Tacitus* (Annal. lib. VI. c. 37.) *indicat, & quod Parthorum* pileo, *potius quam* tiaræ, *vel* mitræ *ſimile videtur, atque lapillis, gemmiſve interſtinctum apparet. Addam, hic quoque* inaures *clare haberi, quales* Parthorum, *&* Perſarum *reges geſtaſſe, jam eruditis obſervatum. Satisfuerit hunc ex* Curopalate *(de off. Conſt.) locum protuliſſe:* atque hinc tiara cuique, cui appendet ad ſiniſtrum latus opus e margaritis fimbriatum, alteram aurem ejus, qui geſtat, obtegens; quibus ſignificatur; aurem quidem rete-

retectam accuſatoribus dari, tectam vero accuſatis, ſed abſentibus aurem reſervari.

Literæ porro Græcæ ΔΚΥ. *procul dubio ad Arſacidarum epocham ſpectant; adeo ut annus ejus* 424. *hic ſignetur, qui ab anno Urbis Romæ* 498. *deducendus omnino mihi videtur. Eo enim tempore, conſulibus* C. Attilio Regulo, & L. Manlio Vulſone, *Parthi a Macedonibus, duce Arſace, defecerunt, uti* Trogus *apud epitomatorem* Juſtinum (lib. LI. c. 4. §. 3.) *teſtatur. Nec ab alio tempore ducere Epocham licet per Numiſma* Vologeſis *Argenteum, quod* Carolus Hedges *Eques Auratus Aleppo recepit, & in quo cum hiſce titulis*, ΒΑϹΙΛ. ΒΟΛΑΓΑϹΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥϹ., *ac nomine menſis* ΔΙΟΥ, *legi literas numerales* ΕΞΥ. *annum deſignantes* 465., *qui ſi ab anno V. C.* 498. *numeretur, nos ducit ad An. Ch.* 210. *ac ad Vologeſem III., & ultimum ejus nominis Parthorum regem, qui ſub* Caracallæ *finem* circiter annum Ch. 215. *obiit relicto ſucceſſore filio* Artabano, *quo a* Perſis *victo, regnum Parthicum ad* Perſas *tranſiit, imperante apud Romanos* Alexandro Severo.

Id genus etiam numum repræſentare voluit Cl. Patinus (*Theſaur. in* 4°. *pag.* 209.) *cum literis* ΑΝΥ. *ſeu anno* 451., *quas & in alio numo legiſſe* Goltzium, *liquet ex hac in ejus Theſauro* (*col.* 245.) *numi deſcriptione*: ΑΝΤΟΛΑΓΑΣ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ. *Scilicet cum* Goltzii *numus haud ſatis integer eſſet, diligentiſſimus vir haud vidit, eum ad* Vologeſem *pertinere, & perperam cum ejus nomine illas numerales literas* ΑΝΥ. *junxit.*

Deinde, ut hoc in tranſitu notem, ſuſpectus mihi admodum eſt titulus ille ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *, licet eundem exhibeant viri Clariſſ. Patinus, & Spanhemius, tanquam ex numis. At præterquam ea vox in* Hedgiano *numo, integerrimæ fidei, ſi quis unquam, non legatur, quomodo potuit ullus ex Arſacidarum ſtirpe,* Vologeſis *nomine decoratus, iſtum ferre titulum ſub Romanis imperatoribus, Græcorum, ſeu Macedonum imperio jam pridem everſo? Geminum quidem Patiniano numum penes* Joan. Dominicum Tiepolo *Nobilem Venetum tractavi, cum literis tamen numeralibus* ΔΝΥ. *ſive anno* 454. *verum vel idem eſt, ac ille* Patino *deſcriptus, vel ab eo fictus. Profecto dubiæ omnino fidei mihi viſus eſt, atque forte olim argentea lamina coopertus fuiſſe, quamvis nunc nihil ſupra æs cernatur.*

Ceterum numulus, huic Fountaniano *par, proſtat in regis Galliæ gaza, niſi quod epocha uno tantum anno minor ſit, cum literæ ſint* ΓΚΥ. *ſeu An.* 423. *male vero poſticæ figura regis antiquariis cenſebatur* mulier rupibus inſidens; *ſiquidem* modio *potius, vel* aræ *inſidere videtur.* Quæ forte fuerit eadem, *ac* Diana *Perſica,* Ἀναΐτις *vocata* &c.

DE URBIBUS, AC POPULIS GRÆCIÆ.

Regibus, viriſque illuſtribus urbes, ac populos Græciæ alphabeti ordine notatos, ut in proœmio ſpoponderam, adjungo: cumque hic ſit locus ipſis deſtinatus, ab Athenienſibus numis exordiar, quorum collectionem Ill. Comes

de


1
SALVSTI
VSAVTOR
PETRONI
Æ
2
B
Æ
CARIC
3
C $\frac{2}{3}$
Æ
ΒΑϹΙΛΕΩϹ
ΦΙΛΟΠΑ
ΤΟΡΟϹ
4
B $\frac{1}{3}$
Æ

de Winchilſea & a copia, & a raritate inſignem adeo poſſidet, ut eos omnes cælandos, & animadverſionibus ab eodem Comite magno labore, & aſſiduitate conſcriptis illuſtrandos etiam eſſe cenſuerim; quare obtentum ab illius humanitate ſingulare manuſcriptum, Anglica lingua exaratum, Italico idiomate donavi, ut eo magis cum tota operis forma conſentiret. Cum autem hæ adnotationes & eruditionem præferant minime communem, & materiam perſequantur nondum ſatis explicatam, nequaquam dubito, quin eæ ingentem lectori voluptatem ſint adlaturæ.

ATHENIENSES NUMI.

ILL. COMITIS DE WINCHILSEA ex muſeo depromti, ejusdemque notis ornati.

INTRODUCTIO.

Dolui ſemper, nec minus admiratus ſum cum in libris, tum in muſeis tam raros adeſſe Athenarum numos, idque eo magis, quo pluribus aliorum Græciæ populorum numis abundamus. Adnotaverant Eques Georgius Wheeler, & D. Spon, itineris ſocii, diligenter, ac adcurate vetera monumenta omnia, quæ Athenis obſervavere, numorum vero ne vix quidem meminerunt, eos enim altera ex parte Minervæ caput, ex altera bubonem referre ſcribunt ſolum; altum undique ſilentium de iis, qui aut caput ſingulare aut averſam partem eruditione, & doctrina inſignem exhiberent.

Golt-

Goltzius inter Græcos numos plusquam viginti Athenienſes monetas edidit pariter cum Pallade, & bubone amphoræ inſidente, quæ nonniſi minoribus aliquibus ſigillis in area efformatis, & inſcriptionibus artificis nomen, meo quidem judicio, continentibus diſcrepant; hæ autem frequentes ſunt, & obviæ etiam. Eruditus Begerus aliqua fere ſimilia numiſmata depromſit, attamen *Tom. III.* duo aut tria numiſmata prodit, quæ majoris aliquantum momenti videntur; meis itaque diſcuſſis aliqua forſan ab his diverſa ex libris, aut aliorum muſeis proferam.

Mirari deſinet, tam raros in conſpectum venire Athenarum numos, qui varias ejus urbis calamitates, ac frequentes viciſſitudines in memoriam revocaverit. Quam multi præterea effoſſi quidem, ſed conflati ſubinde, aut ſaltem neglecti fuerunt a Turcis, qui barbari longo jam tempore miſeras Athenas imperio ſuo opprimunt. Indolendum ſane maxime tam paucos ad nos perveniſſe! Quis enim ſibi perſuadeat Athenienſes fortaſſe omnium ſapientiſſimos, ac fortiſſimos noluiſſe more ceterarum gentium ſuæ virtutis, & ſapientiæ ſpecimina numis impreſſa poſteris relinquere.

Non dubito, quin Athenienſia numiſmata, quamvis in variis muſeis diſperſa, adſerventur, quæ multa eruditione condita ſint, qualia e meis ipſe forulis proferre poſſum octoginta, & amplius, diverſa: horum præcipua cælata, & deſcripta exhibebo, adjunctis aliquot aliorum populorum, ac urbium, quæ mihi rariora, & digniora viſa ſunt; horum multa a conſulibus, ut vocamus, & mercatoribus Athenarum, Smyrnæ, Aleppi, &c. mei parentis gratia, dum,

poſt

poſt reditum Caroli II. regis, legati munere in Turcia fungeretur, fuerunt collecta, quibus numi ſubinde alii mea induſtria adceſſerunt.

Meo ſane in muſeo, ut ſuperius indicavi, plusquam octoginta diverſa Athenienſia numismata partim ex ære, partim ex argento adſervantur, quæ, præter anticas, aut poſticas rariores, fere omnes Atticæ pecuniæ argenteæ ſpecies exhibent, de quibus ſub hujus tractatus calcem perbrevem mentionem faciam, cum jam de modo, quo hujus urbis nomen in monetis, præſertim meis, variari ſolet, diſſerendum videatur: eccum: A. AΘ. AΘE. AΘH. vel pluribus AΘHNA. AΘHNAI. AΘHNAΣ. vel AΘHNAIΩN. Erant, qui dum hujus urbis nomen per E ſcriptum legerent, cælatore erroris redarguto, H, ut alias in libris notatur, ſubſtituendum fuiſſe putarunt: hos vero magnopere hallucinatos eſſe teſtatur numorum multitudo, qui hocce nomen utraque litera, quanquam E antiquioribus temporibus congruat, ſcriptum eſſe demonſtrant.

B. Spanheim excellenti libro de uſu, & præſtantia numismatum literam E valde antiquam eſſe cum Platonis autoritate, tum aliis exemplis, pro H vero adhibitam fuiſſe his argumentis comprobat: nomen urbis Metropolis hoc modo exaratum deprehendimus: ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ., in antiquiſſimis item numis AΘE. pro AΘH, ſeu AΘHNAIΩN, atque ΘEBH pro ΘHBH, & in monetis Crétenſis urbis Phæſti ΘEΣEΤΣ. pro ΘHΣEΤΣ. invenimus. D. Baudelot eleganti libro *de l'utilité des voyages pag.* 87. Platonem pariter adducit teſtantem olim E pro H poſitum *Diſſert. III. Sect. III. Edit. 2.*

X eſſe,

eſſe, idque evidenter ex columna Farneſia conſtare, ubi ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ. pro ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. conſpicitur, adfirmat.

At rem firmemus alio inſuper teſtimonio. *Begerus Theſaur. Brand. Tom. I.* Julium Pollucem adfert, qui Erichthonium primum Athenis 300. circiter annis ante bellum Trojanum monetam ſignaſſe, literas vero H. Ω. Z. multo tardius a Simonide, qui, ſi Euſebio fides, Olymp. LXI. floruit, Græco alphabeto adjectas eſſe, ſcribit, hinc igitur Begerus Athenienſes pecunia, & proinde litera E. ſeptingentis circiter annis ante inventam H uſos fuiſſe conjicit. Hæ rationes meæ adſertionis veritatem abunde oſtendunt, exinde tamen nequaquam ſequitur omnia ea numiſmata, quæ literam E geſtant ante repertam H fuiſſe cuſa, utramque enim ſimul adhibuiſſe veteres teſtatur paullo ante adducta inſcriptio ΘΕΒΗ, & ΘΗΣΕΥΣ., quidquod & in Athenienſibus monetis hæ literæ conjunctæ legantur, ut in mea aliqua, in qua ΑΘΕ, & inferius ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ. conſpicitur; probabilis itaque Begeri eſt ſententia, qui monetarios, etiam poſt Simonidem, primis literis, utpote vetuſtate conſpicuis. uſos eſſe cenſet; quare numi antiquitas ex ſolis his literis, ſi nullum aliud adſit indicium, probari nequit;

Obſervandum tamen in meis numis argenteis ΑΘΕ. ſemper, unico pentobolo excepto, in æneis vero & ΑΘΕ, & ΑΘΗ. comparere; qui tamen E pro H gerunt pro ratione diametri craſſiores, ac margine rotundo, & glabro inſtructi majorem ſapiunt vetuſtatem, alii vero, qui H exhibent

bent ex ære flavo, ut dixi, conflati tenuiores margine quadrato ſpeciem dimidii noſtri ſolidi referunt;

Ut autem primi certo antiquiſſimi, ita inter eos ipſos illi antiquiores cenſendi ſunt, in quibus linea ſecans A non horizontalis, ut jam fieri ſolet, ſed obliqua eſt; hos forſan conſequuntur proxime ii, in quibus litera Θ rotunda penitus forma adparet media lineoſa in punctum contracta, aut forma quadrata lineola media totam ſecante; antiquiorum inſuper averſæ partes concavæ ſunt, & typus quadratum refert: horum vero rudis fabrica eos antequam artes excolerentur, & proinde remotiſſimis temporibus cuſos eſſe oſtendit, cum Athenis ſatis mature floruerint artificia. At de his fuſius alias agemus, ubi etiam ſignati capitis, aut integræ figuræ Palladis, bubonis, rami oleæ, coronæ, amphoræ, ac aliorum ſymbolorum in Athenienſibus numis frequenter occurrentium cauſam adferam, quanquam de his ab aliis ſatis explicatis pauca diſcutienda ſuperſint. *Vid. num. I. hujus tractatus. Num. XLVI., XLVII., &c. Num. XXXIX. XLV.*

Qui Athenarum primam originem, atque incunabula ipſa noſſe cupit, Strabonem, Pauſaniam, Diodorum Siculum, Stephanum Byzantinum, alios, qui de his multum diſſerunt, ac inter recentiores itinera Equitis Georgii Wheeler, & D. Spon adeat.

De Attica nihil autores ante Ogygis diluvium memorant, poſt hoc autem incultam, regeque per 189. annos ad Cecropem uſque deſtitutam fuiſſe teſtatur Meurſius. *Meurs. de Regn. Athen. lib. I. c. 6.*

Ogygis in Attica diluvium contigit juxta Labbeum (miſſis aliis ejuſdem calculis) anno 1438. ante Alexandri Magni *Concord. Chron. Sacr. & Profan.*

 gni

pag. 17. lib. I. pag. 13. Edit. Lipſiæ. Lib. I. pag. 11. Lib. IX. pag. 307. Paris Edit.

gni funus, & 1762. A. X. Pauſanias Actæum in ea regione, quæ Attica dicitur, regnaſſe, Cecropemque generum, & ſucceſſorem habuiſſe ſcribit: Meurſius in libro, cui titulus *Regnum Atticum* Apollodori locum adducit, quo ex Agraulo Actæi filia, Cecropisque uxore, Eriſichthonem patri præmortuum, tresque filias Agraulam, Herſem, & Pandroſam natas eſſe dicit. Strabo Athenarum fundatorem Cecropem facit, id eſt ejus partis, quæ ab eo Cecropia dicebatur; erat hæc exigua civitas rupi inſidens, quæ ſubinde aucta Acropolis nomen, ſeu *Athenienſis arcis* tulit.

Vetera Atticæ nomina in Meurſio, aliisque autoribus eſt legere: quare inferius nonniſi mutati Cecropiæ in Athenas nominis, harumque incrementi cauſas detegam; jam vero ſermonem de Athenienſibus numis proſequar, primumque numisma mole quidem minimum, maximum autem pretio exhibebo.

I.

Caput Cecropis gemini, id eſt caput viri diadematum, cum capite mulieris conjunctum.)(Parvulum quadratum, intra quod Minervæ caput, literæque AΘE. nomen Αθηνάιων indicantes. Parvi hujus numi metallum eſt argentum, conſervatio bona, fabrica rudis. *Tab. XV. N.* 1.

Numum Athenienſem eſſe quis negaverit? Figura autem biceps Cecropi fundatori, primoque Athenarum regi adjudicatur; diadema enim barbatum caput revinciens, oſtendit re-

gem

gem, caput vero muliebre adjunctum Cecropem loquitur, quem hac forma Athenienſes ob inductum, ut putabant, matrimonium repræſentarunt, & inde menſem Januarium ΓΑΜΕΛΙΟΝ. adpellarunt. Hujus ætatem ante Deucalionem fixit Juſtinus *lib. II.* Meurſius ex Apollodoro eum media ex parte hominem, cetera draconem ſomniavit &c. *Rous. Archæologia Attica lib. II. pag. 74. Regnum Atticum p. 49.*

Uti autem veteres omnem hiſtoriam fabulis, commentisque vitiarunt, ita etiam varias duplicis Cecropi adtributæ naturæ cauſas adſignarunt, quarum plurimas, ne omnes dicam, Meurſius produxit, ac Tzetzis autoritate confirmavit; nam eum biformem dictum adſerit, aut a ſtatura, qua communem duplo ſuperabat, aut a duplici, quam callebat lingua, Græca nempe, & Ægyptia, quod valde rarum iis temporibus.

Alii ex eo, ut diximus, Cecropem geminum vocarunt, quod eum primum inter Græcos feminam viro matrimonii vinculis adſtrinxiſſe cenſebant, cum antea pecudum more commiſcerentur. Cl. Dr. Potter Athenæum citat *lib. XII.*, ubi legis a Cecrope latæ meminit, qua polygamia prohibebatur; an vero id felicius unquam indicaſſent veteres, quam repræſentato matrimonii autore per conjunctos ſexus utriusque facies, quibus arctiſſimum conjugum vinculum exprimeretur? *Archæolog. Græc. T. I. pag. 169.*

Nemo, quod ſciam, numiſmatis hujus unquam meminit, & maximus hujus & præteriti ſæculi antiquarius, Baro ſcilicet Spanheim Boruſſiæ regis legatus (qui omnia

X 3 fere

fere celebriora Europæ muſea & inſpexit diligenter, & per ſummum otium examinavit) illud non modo antiquiſſimum, ſed & unicum eſſe teſtatur, quod Cecropis a variis antiquis ſcriptoribus ita depicti caput exhibeat, niſi ſi & ſequens numus ad ipſum pertinet, a quo quidem ille non magnopere abhorret.

Inter antiquiſſimas (gg) monetas, quas reliquas nobis fecit edax vetuſtas, hanc noſtram recenſendam puto, pluribus innixus indiciis, iisque claris, & adtentione dignis; nam imprimis ipſum opus ætatem ei longe anteriorem præfert, qua artes perfici cœperunt apud Athenienſes, qui eas tamen velut primi coluerunt, & primi etiam, ut aliquorum eſt opinio, pecuniam ſignarunt; averſæ quadratulum atque literæ ΑΘΕ. formæ antiquiſſimæ totidem ſunt, ut diximus, remotæ antiquitatis argumenta, neque aliquid video, quod eam dubiam facere poſſet.

Dum hujus numi antiquitatem extollo, nequaquam eum ad Erichthonii fabuloſa potiſſimum tempora referendum eſſe jacto; ſin illis tamen credendum eſſet, qui Erichthonium primum monetam percuſſiſſe volunt, non ita a veritate alienum videretur, hunc etiam ei adtribuere. Quid enim veriſimilius, quam ut Erichthonius adverſam numi partem Minervæ capite Athenarum patronæ, averſam vero Cecropis conditoris facie, ut depinximus, condecoraret, non tanquam

(gg) Antiquiores dicere poterat, ſi ea in luce rei numariæ vixiſſet, qua nos hoc in argumento fruimur, præſertim poſt editum a Cl. Barthelemy Tentamen Palæographiæ Numiſmaticæ, *V. Mem. de l'Acad. des inſcript. & bel. let. T. XXIV. pag. 30.*

quam vera bifrontis Cecropis imago hæc foret (quod arbitrari, & perabſurdum, & rudibus ipſis turpe eſſet) ſed tanquam ejus proprium ſymbolum, ſignumque, quo a ceteris principibus diſtingueretur, & in aliqua forſan ejus ævi ſtatua repræſentabatur.

Illud certum, Athenis ejus ſtatuam fuiſſe; etenim D. Spon plurium, atque pretioſiſſimorum Athenienſium monumentorum jacturam deplorans, quo adeo celebrata Cecropis ſtatua devenerit, quærit. Pauſanias vero Athenis ſacellum in Bacchi templo fuiſſe ſcribit, in quo multæ ſtatuæ fictiles adſervabantur, quarum una Amphictyonis erat tertii Athenarum regis, qui regnavit poſt Cranaum Cecropis ſucceſſorem, hanc autem ſtatuam ipſius Amphictyonis ætate effictam eſſe oportet, cum ex terra ficta ſigna omnium ſint antiquiſſima. Quare ſi illis temporibus ſimulacra principibus ſtatui ſolebant, & ipſi Cecropi poſitum fuerit vel viventi, vel ſtatim poſt mortem: Cranaus ejus ſucceſſor ejusmodi fortaſſis ſtatuam elaborari, ac in Bacchi templo dedicari juſſit, quæ Pauſaniæ ætate jam interierit.

Voyages T. II. pag. 309.
Pauſanias Attic. lib. I. p. 7.

Illud certo conſtat ex ſacro codice, veteres multo ante ſuorum deorum exſculptas imagines coluiſſe; quid enim aliud unquam intelligi poteſt, dum de ablatis a Rachele Labani idolis loquitur? Sin autem & iſtud negetur, quid aliud vult Moyſes, dum toties idolorum cultum dolet, eumque apud Ægyptios frequentiſſimum prohibet; ſunt autem, qui Cecropem ipſum Ægyptium faciunt; & ipſe Athenienſis populus, ſi Diodoro * credimus, colonia fuit ex Ægyptiaca Urbe Sais deducta circa Moyſis tempora: narrant quoque Ce-

Genes. c. XXXI. v. 19.
Exod. c. XX. v. 23. c. XXIV. v. 13.
Suidas
** lib. I. c. 2.*

Cyril. contra Julian. lib. I. Origen lib. VIII. c. 2.

Cecropem primum imagines in Græciam invexiſſe, quas inter etiam illius effigies fuerit procul dubio, ſi verum eſt, ea ætate principibus, tanquam diis, poſitas eſſe ſtatuas.

Qui autem ſignorum & originem, & cauſam clarius inſpicere cupit, *Librum Sapientiæ* a Salomone conſcriptum adeat *cap. XIV. a v.* 14. *uſque ad* 20., ubi hæc omnia diligenter adnotata reperiet. Cartari *lib. de imaginibus deorum* a Nino primum Beli patris imaginem effictam eſſe cenſet; hic autem Ninus regnum adivit 2308. annis A.X. Cecrops vero 1554., quare imaginum uſus 754. annis ante Cecropis regnum incœpit; hinc vero probabile fit, Athenienſes ſtatuam Cecropis habuiſſe, quem maxime veneratione non uno nomine colere debebant; etenim is eorum urbem extruxit; is primus deorum cultum induxit, cum Jovem, qui ὕπατος, ſeu *ſupremus* vocabatur, primus adoraverit, eique bovem primus immolaverit, quanquam multi Cecropem animalium victimas obtuliſſe negent: idem, ut diximus, matrimonium inſtituit, quo eos manſuefecit, & a brutis diſtinxit;

D. Potter Archæolog. V. I. pag 185. Pauſanias Arcad. p. 600. Ibid.

Adde ab eo artem nauticam excultam, qua optimum ſubinde commercium exercuerunt, atque ex Ægypti, Siciliæque oris frumentum advexerunt, quod illis ſummæ fuit utilitati, cum regionem adeo ſterilem incolerent, ut ne vitæ quidem ſuſtentandæ neceſſarium triticum inde proveniret. Hæc ſane gravia ſatis erant momenta, ut Cecropis non ſolum memoriam in ſtatuis conſervatam, ſed etiam faciem in numis depictam vellent ea ætate, qua Cecropis in

ven-

venta in uſum ipſum ſumma cum utilitate inducebantur, quacum etiam fabricæ ruditas optime convenit.

Hæc ſi probabilia ſunt argumenta, quantam numo noſtro antiquitatem non concedemus? Erichthonius enim (ſi hunc primum monetam ſignaſſe admittamus) quartus fuit Athenarum rex, cum Cecropi, qui abſque filiis obiit, Cranaus, Cranao Amphictyon, huic Erichthonius ſucceſſerit; Cecropis autem regni initium ad annum 1582. A. X., & Erichthonii ad annum 1509. defixit Seldenus. *Canon. Chronic. Marm. Arundel. p. 92. &c.*

Hujus tamen tantæ antiquitati adverſari videntur ii, qui cuſæ primum Athenis monetæ honorem Theſeo defe-runt Plutarchi autoritate, qui eum primum pecuniam cum tauri, aut bovis imagine ſignaſſe ſcribit: aſt facile reſponſum, non enim Plutarchus Theſeum primum monetam percuſſiſſe, ſed primum numis taurum, aut bovem impreſſiſſe dicit in memoriam forſan ſuperati Marathonici tauri, aut Cretenſis Minotauri occiſi, neque alias effigies antehac in numismatibus exſcalptas fuiſſe negat.

Si itaque præſentem numum ad Erichthonium referimus, nonniſi 3200. annos illi tribuemus; jam vero cum etiam inter meos ſuperſint numi, quos ante bis mille, & amplius annos factos eſſe certo conſtat, probabile etiam eſt alios ſupereſſe aliquot ſæculis, & forſan etiam mille annis antiquiores (ſi quidem iis temporibus moneta conceſſa ſit) numisma enim, quod bis mille annorum ætatem tulit, eodem in ſitu ter mille annos, & amplius toleraſſet facile; quod ſi admittimus, cur meum numisma horum in numero

non cenſeatur ? At ſi abnuunt eruditi, nec Erichthonio permittere volunt, de quo non altercabor, dare tamen debebunt numum hunc meum antiquiſſimis adjungendum, maximique faciendum eſſe, cum certum Cecropis caput exhibeat, cumque illud, quod multi narrant, comprobet, ab eo ſcilicet inſtituto matrimonio Athenienſes manſuefactos, quibus & præiverit exemplo adſcita ſibi conjuge.

Brevior fuiſſem, niſi conſtituiſſem hocce numisma cum omnibus animadverſionibus, quæ utiles eſſe poſſent, in lucem proferre, cum quia reapſe meretur, tum quia illud, tanquam caput, univerſæ Athenienſium numorum collectioni præfigo.

II.

Caput venerandum barbatum, cujus capilli concinne a vertice usque ad infimam capitis partem defluunt, unde cornu deorſum vergens exiſtit, ut in imagine videtur, hujus occipiti aliud muliebre inverſum eſt conjunctum.)(Intra coronam amphora ſtans, ex parte avis, & epigraphe. AΘE. *Tab. XV. N.* 2.

Numus hic antiquiſſimus eſt, & qui literatorum ingenia exerceat; fateor me circa eum varias inter ſententias ſuſpenſum hæſiſſe, at cum priorem numum multis perſecutus ſim, has omittendas, ne lectorem fatigem, cenſui, in eam autem partem inclino, ut & hic Cecropem repræſentari arbitrer forma licet ab antecedente diverſa. Ab Athenienſibus Cecropem geminum repræſentatum eſſe novimus,

an

an autem eodem ſemper modo, ignoramus, contrariumque hæc moneta, ſi eam Cecropi concedamus, demonſtrat.

Capiti venerando cornu eſt adjunctum, quod non minus ac diadema regiam dignitatem, atque poteſtatem indicat; cum enim Alexander Magnus ita effictus eſſet, ut pro Jovis Hammonis filio haberetur, eum ſucceſſorum aliqui imitati aut generis, aut alia ex cauſa, uti Seleucus, qui cornua ideo adhibuit, quod taurum e ſacrificio fugientem ſingularibus viribus retinuerat, aut denique tanquam potentiæ ſigna eadem adſumſere: Sacer ipſe ſcriptor hujus meminit longe ante horum regum ætatem; Cum autem omnes conſuetudines certum habeant initium, hanc etiam ab ea obſervatione profectam eſſe arbitror, quod animalia magis robuſta, & animoſa, ut tauri, arietes, capri &c. ſuis cornibus paſcuorum quaſi dominium ſibi vindicaverint; unde ſane ſtatuas ſuas, & monetas cornibus, tanquam ſupremæ dignitatis ſymbolo principes adornare potuerint.

V. Spanheim de uſu, & præſtantia num. Edit. 2. pag. 368.

Caput muliebre alteri barbato impoſitum numum hunc a priori diverſum reddit. Qui Caninium adierit, Cecropem diverſis ſæpe modis repræſentatum eſſe intelliget, cum viri caput muliebri conjunctum referat tectum galea cum dracone inſiſtente, Cecropique adjudicet, multis in hujus confirmationem autoribus indicatis, quos inter Suidas præcipuus, ad quem lectorem rejicio.

Iconographia. pag. 110.

Poſticæ coronam oleaginam eſſe, atque in honorem Minervæ, uti & bubonem ſignatum cenſeo, ſi bubo tamen eſt averſæ partis avis, id quod ob vitiatum aliquan-

tum metallum diſtinguere nequeo; quæ ſi ita ſunt, Athen ienſes hoc numo, uti etiam priori conditorem urbis, & patronam ſuam ſunt venerati. Amphora nil aliud forſan indicat, quam celebritatem vaſorum fictilium, in quorum optima fabrica Athenienſes Chiis nihil concedebant, cujus etiam artis inventor fuerat Choræbus Athenienſis: Meurſius in certum Ceramici locum inquirit, ubi primum hoc vaſorum genus fictum fuerat.

Ceram. Gem. cap. II. pag. 7. Edit. Traject. ad Rhenum.

III.

Caput Palladis galeatum.)(Olea inter noctuam, & amphoram; in infima numi parte palma: inſcriptio: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XV. N.* 3.

IV.

A priori nil differt niſi, quod palmæ loco literæ ΑΘΗ conſpiciantur. *Tab. XV. N.* 4.

Meurſius. de Reg. Attic. lib. I. cap. 10. S. Auguſtinum lib. XVIII. ob hanc fabulam citat. V. Pauſaniam.

Hi duo numi abſque dubio cuſi ſunt in memoriam relatæ a Minerva de Neptuno victoriæ, dum de novo urbi Cecropiæ (ita a Cecrope adpellatæ) nomine dando ageretur, nam cum Cecrops conſilium mutandi urbis nomen agitaret, repentino prodigio eſt perculſus, momento enim olea germinavit, ac ſuccrevit, ſimulque fons aquæ ſalſæ erumpens lacum efformavit. Conſultum de his oraculum reſpondit: optionem illis a diis immortalibus offerri, an Cecropiæ adhuc urbis nomen a Minerva per oleam deſignata, an a Neptuno per aquam ſalſam indicato deſumerent. Colle-

lectus itaque populus: pro Neptuno ſuffragia virorum erant, pro Minerva feminarum unico calculo ſuperiorum, hinc ergo Athenarum nomen urbi eſt inditum. Aliam hac de re Ovidii narrationem brevitatis ſtudio prætereo. Teſte autem Pauſania in fronte templi Minervæ ex una parte hujus ortus, ex altera cum Neptuno contentio fuit exſculpta.

V. Ovid. Metamor. lib. VI. p. 84., & 85. Edit. Bleau.

Circa tempus, quo Athenæ, Palladi dicatæ, nomen acceperint, variant autores, ſub Cecrope alii, alii ſub Cranao ſucceſſore, Juſtinus ſub Amphictyone tertio rege ſtatuit; ego vero ut nihil hic certi video, ita pene nullam inquirendi utilitatem eſſe opinor. Ad numos itaque redeo, quos ad victoriam Minervæ confidenter refero, cum in primo præter oleam, quæ repentinam hujus arboris e terra emerſionem denotat, & vicinam noctuam, palmæ ramus in infima numi parte poſitus victoriæ ſit argumentum. Vas autem, & ipſa palma victoriam hanc Athenis celebribus ludis illuſtratam fuiſſe indicant, ſeu demonſtrant potius. Feſtum in hujus victoriæ memoriam Athenis reapſe celebratum, atque in honorem Minervæ: ΝΙΚΗΤΗΡΙΑ. ΑΘΗΝΑΣ. adpellatum eſſe teſtatur Meurſius ex *Proclo in Timæum Comment. I.*

Juſtin. lib. II. c. 6. Edit. Elzev.

Græcia Feriata lib. V. pag. 210.

In magno Begeri opere Athenienſem numum depictum inveni, in cujus averſa Pallas arboris trunco inſidens, dextra tenet ramum oleæ, quæ ante eam aſſurgit, eamque deſignat, quæ in concertatione cum Neptuno omnibus admirantibus pullulavit; at id ipſum noſtro in numo multo melius exprimi reor.

Theſaur. Brand. T. III. p. 51

V.

Caput Palladis, ut antea.)(Eadem dea bigas agens: epigraphe: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XV. N.* 5.

Elegantiſſimus hic, ut mihi videtur, numus offert, ut diximus, Palladem in bigis, quæ non bello ſolum, ſi Athenienſibus credimus, præerat, ſed currus etiam invenerat. Idem confirmat Cicero, & paullo poſt quartam (plures enim nominat) Minervam, ab Arcadibus *Coriam* dictam, atque Jovis natam ex Coriphe Oceani filia, quadrigas inveniſſe ſcribit. At minime opus eſt, ut hæc fuſius perſequar, illud adnotaſſe ſufficiat, in numis Athenienſibus quadrigas ſupra galeam Minervæ comparere, quod mox enarrata comprobat, etiam hocce numiſma quadrigarum, bigarumque inventionem oſtendere. Quamvis autem Cicero plurium Minervarum meminerit, Athenienſes tamen & belli curam, & inventionem curruum Minervæ ſuæ adſcripſiſſe demonſtrant numi, ac præſertim hic meus, qui Palladem in bigis geſtu aliquo bellico exhibet.

De Nat. Deor. lib. III. p. 140. Edit. Elzev.

VI.

Caput Palladis.)(Eadem dea ſtans d. tropæum, ſ. telum, & ſcutum tenet, præ qua ſerpens aſſurgit cum inſcriptione: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XV. N.* 6.

VII.

Priori ſimilis, Victoriolam tropæo ſi ſubſtituas, ſerpentemque omittas. *Tab. XV. N.* 7.

In

In his duobus numis Pallas Victrix, ut in cælatura, depingitur; ſerpens autem, ut dicemus, victoriæ eſt ſymbolum. Hæ imagines ex ſtatuis, quas magno numero victoriarum occaſione erexerunt Athenienſes, in numos translatæ videntur, ſed ſignum illud, aut victoriam determinare nequeo. Ut poſticas ejusmodi obvias exiſtimo, ita numos ipſos antiquiſſimis nequaquam adnumero, cum ob fabricam, tum ob H pro E adhibitum, quod recentiora tempora ſapere in exordio obſervavimus. *V. Num. XVIII.*

VIII.

Caput Minervæ.)(Eadem dea ſtans inter duos oleæ ramos d. haſtam demiſſam tenet, prope noctua, & literæ ΘE. *Tab. XV. N.* 8. Numus nulla re præter antiquitatem memorandus. Noctuæ enim Minervæ ſacræ meminimus alias.

IX.

Caput, ut antea.)(Eadem dea gradiens reſpicit, manuque Athenienſes ad ſequendum hortari videtur, velut in expeditionem aliquam ductura: inſcriptio: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XV. N.* 9.

X. XI.

Amborum numiſmatum poſticæ ſimiles ſunt excepta varia diſpoſitione literarum: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Anticam autem primi caput barbatum offerre puto, aſt ob æruginem,

quæ

quæ metallum ex parte læſit, id adſerere nequeo. *Tab. XV. N.* 10. 11. Pauſanias de Minerva Αρεια, ſeu *Martiali* meminit, cujus ſtatua clypeo, & haſta armata, noſtræque ſimilis eſt.

XII.

Caput Palladis, ut ſuperius.)(Noctua alas explicans, amphora, & literæ: A-E----. *Tab.* 15. *N.* 12.

An expanſæ avis alæ ſingularem aliquam ſignificationem habeant, ignoro: certum tamen noctuam volantem Athenienſibus, ut dicemus, victoriæ ſymbolum fuiſſe, ſimilem numum protulit Du Choul, niſi quod ante bubonem literæ ΣΩ adpareant, quas ΣΩΤΕΙΡΑ. Minervæ epithetum, noctuam autem victoriam quamdam indicare opinor; in meo vero numo ob adjectum vas, aut amphoram aliud quid latere cenſeo. In feſtis Panathenæis varii ludi celebrabantur, in quorum aliquibus victor, ut D. Potter in *antiquitatibus Græciæ* teſtatur, vas oleo plenum pro præmio recipiebat, quod, quo modo, & loco vellet, vendere poſſet, id quod aliis non licebat; unde probabile videtur oleum Minervæ, ut ipſa olea, ſacrum fuiſſe. Hæc autem in meo numo per vas, & noctuam deſignari non contendo, nemo tamen reprehendet me illum retuliſſe.

Pag. 50. *Num. II. Edit. Rovil.*
V. Num. LI. hujus tractatus.

V. Num. XLIII. Tom. I. p. 387.

XIII.

Caput Palladis.)(Sphinx intra coronam modium capite ſuſtinens adjectis literis: ΑΘΕ. *Tab. XIII. N.* 15.

Nu-

Numus hic remotiſſimam præſefert vetuſtatem. Sphingis imaginem, tanquam ſapientiæ ſymbolum, pro templis ponere ſolebant Ægyptii, quo denotarent religionem ſanctitate myſteriorum, atque ænigmatum arcanis involutam eſſe debere. De his vero plura diligenter adnotavit Spanheimius *de uſu, & præſt. num.* Etſi noſtri numi ſphinx Ægyptiacæ ſit conſimilis, in honorem tamen Minervæ ſignatam judico, ut Palladem ſapientia, & prudentia præſtare, aut ab illa eas dotes ſuum in ſenatum manaſſe teſtarentur Athenienſes. Quod aſſero, veriſimilius erit, ubi conſideraverimus ſphingem Minervæ ſacram ejusdem galeæ in numis ſæpius inſidere. Pauſanias inſuper celebrem Minervæ ſtatuam a Phidia ſummo ſculptore ex auro, & ebore effictam deſcribens in galeæ medio ſphingem eminuiſſe commemorat.

pag. 215. Edit. II.

lib. I. p. 57.

XIV. XV. XVI. XVII.

Anticæ partes omnes Minervæ caput præferunt, poſticæ vero nonniſi diverſa literarum poſitione, ut in cælatura videtur, differunt. Solus numus XVII. amphoram pro noctua, ac Θ ſingulari forma quadrata, & oblonga, pro rotunda exhibet. Ceterum nihil obſervatione dignum invenio. *Tab. XV. N.* 14., 15., 16. 17.

TABVLA XVI.

XVIII.

Caput Jovis, ac Neptuni diadematum.)(Pallas ſtans pugnantis ſpecie d. fulmen vibrat, ſ. clypeum ſtringit:

ante deæ ſignum ſerpens e terra aſſurgit : epigraphe : ΑΘΕ.

An numum antiquiſſimum , & elegantem Jovi regi, an Neptuno regi adjudicem, dubito , cum ambo ſimili fere effigie repræſententur ſæpe; crines tamen, & barba pro ſecundo pugnare mihi videntur — Si autem diadema caput Jovi vendicet , hunc Jovem regem eſſe adſeremus, & forſan ad notam Codri ultimi Athenarum regis hiſtoriam adludere, qui propriam vitam immolavit, ut Athenienſibus, juxta oraculum, victoriam de Dorienſibus obtineret. Illi vero beneficii tanti memores publico decreto ſanxerunt, ut poſt Codrum ſolus Juppiter regia poteſtate præeſſet. Cum huic ſubinde ſimulacrum ſub nomine Jovis regis erexerint, quid vetat dicere tum etiam monetam in honorem Jovis regis, & Minervæ percuſſam fuiſſe. Verum hiſtorica numi explanatio ardua, & perdifficilis eſt, quandoquidem nec inſcriptio, nec aliud quid certum facti indicium prodit.

V. Juſtin. lib. II. Val. Max. lib. V. cap. 6. Plutarch. paralell. Polyæn. lib. I. &c.

Si autem caput Neptunum, ut potius arbitror, exhibet, etiam tunc meam declarabo ſententiam poſt indagatam cauſam adpoſiti ſerpentis pedibus Minervæ. Triſtanus itaque ſerpentem boni ſucceſſus, victoriæ, felicitatis, ac prudentiæ ſymbolum facit, quæ omnia Minervæ convenire quilibet videt. Cl. Spanheimius ſerpentes Æſculapio ſacros fuiſſe dicit unico Erichthonii excepto, quem ante pedes Minervæ Athenis ſcalptum adſerit Pauſanias ; id confirmat pulcherrimus magni ducis Hetruriæ numus, qui ejusmodi Minervæ effigiem exhibet, & Plutarchus, qui eodem eam modo deſcribit. In *lib. Perierii n°.* 54. ſtatua e muſeo Juſtiniano deſumta

Addit. T. I. p. 9.

De uſu, & præſt. Num. Diſſert. III. Edit. II.

Pauſanias in Corinthiacis: in Atticis. Plutarchus de Iſide verſus finem.


1
A
Æ
2
C
3
C
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
4
ΑΘΗ
5
B
6
7
8
ΘΕ
9
10
11
12
13
14
15
16
ΑΘΗ
17

ſumta comparet, quæ ſphingem ſupra galeam geſtat, ſiniſtra pallium retinet, dextra haſtam ſtringit, ſerpentem pariter ante pedes habet, & in indice *Minerva Soſpitatrix* nominatur.

Laudatus Triſtanus Athenienſes Minervam ſub nomine Νίκη Ἀθηνᾶ coluiſſe, ac Palladem eandem prorſus eſſe cum Victoria multis autorum momentis comprobat. Nequaquam itaque abſurdum erit numum hunc inſigni alicui Athenienſium victoriæ adtribuere, cum præſertim hanc Palladis effigiem ideo non ex ſignis depromtam eſſe arbitrer, quod hic dea telum vibret, & ſerpens, ſeu draco e terra aſſurgat, in illis vero ambæ figuræ pacifico habitu & repræſententur, & deſcribantur;

Quare ſerpentem hunc ad victoriam potius maritimam prope Salaminam ab Athenienſibus, duce Themiſtocle, de Xerxe obtentam rejicio, cum Pauſanias in Atticis ſub ipſam pugnam draconem inter Atticas naves viſum narret, & ab eis pro victoriæ omine acceptum, cui Athenienſes ſubinde, poſtquam ex oraculo Cychreum heroem ſub hac forma non parum ad victoriam contuliſſe intellexiſſent, templum grati erexerunt. Bellico autem huic facinori Neptuni regis caput, utpote maris arbitri, optime convenit, ad indicandam ſingularem ab Athenienſibus mari relatam victoriam, * quum Perſis adeo eſſent inferiores numero, ut non modo victoriæ nulla eſſet ſpes, ſed certa potius Athenarum, & Græciæ totius ruina metuenda videretur.

Triſtan. addit. T. I. p. 11.
Ibid. T. I. p. 668.
Ibid. T. II. p. 38. &c.

NB. *Numum argenteum habeo maximæ formæ, in quo Antigonus tutor ſub forma dei Panis repræſentatur; Minerva averſæ partis huic eſt conſimilis. Numus autem hic ſignatus eſt occaſione victoriæ ab Antigono de Cleomene Spartano rege ad defendendos Arcades reportatæ. V. Begerum Theſaur. Brand. T. I. p. 247.*

* *V. Herodotum lib. VIII. Juſtin. lib. II. c. 12.*

Plutarch. & Corn. Nep. in vita Themiſtoclis.

Atque hinc liquet Athenienſes, has lauros Neptuni & Minervæ ſubſidio partas eſſe, credidiſſe; quod confirmat Plutarchus (*Sympos lib. IX. q. 6.*) templum Athenis fuiſſe memorans utrique numini ſacratum, in quo ara continebatur Oblivioni dicata, tanquam reconciliatorum deorum ſignum poſt primam de nomine urbis dando contentionem. Neque incredibile mihi adparet templum hoc extructum eſſe occaſione tam glorioſi prælii, ut de maximo, in quo unquam Athenienſes fuiſſent, periculo ſublato gratias diis agerent, quique jam antea Minervæ ſe totos devoverunt, ad felicem in maritimis conflictibus ſucceſſum impetrandum, ſe etiam Neptuno dedicarent.

Numi Jovem exhibentes.

XIX. XX. XXI. XXII XXIII.

Quinque hi numi in omnibus fere conveniunt: in antica Palladis caput, in poſtica Jovem fulminantem referunt; ſolumque varia literarum diſpoſitione, aſteriſcis, aut ſigillis in typo indicatis differunt. *Tab. XVI. N.* 2.—6.

V. Triſtan. lib. II. p. 250.

Obviæ ſunt averſæ, & harum aliquæ, ni fallor, æri jam inciſæ in Sicilia Parutæ. Plures inter, quibus agitatus ſum, conjecturas illa viſa eſt probabilior, quæ innititur Triſtani dictis ſuper Titi numiſmate Gazæ Palæſtinæ Syriæ, (ut vult) percuſſo, in cujus averſa Juppiter fulminans ſeptem ſtellis ſeptus cernitur cum inſcriptione: ΖΕΥΣ. ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ. Jovem Cretenſem, Cretagenem, & Mar-

nam

nam idem numen, ſtellas Plejades, fulminantem figuram Jovem Pluvium laudatus autor credit.

Diodorus Siculus *lib. V.* ſcribit, Jovem, poſtquam Creta patria relicta cœlum aſcendiſſet, ab omnibus pro procellarum, pluviarum, fulgurum, atque fulminum arbitro, dominoque habitum eſſe, & Triſtanus Jovem hunc Pluvium eundem eſſe ait cum Cretagene Corinthi, & in Bœotia culto, a quo etiam Athenienſes pluvias ad fœcundandas terras petere ſoliti, ei altare, teſte Pauſania, in monte Hymetto dedicarunt. Quare id hic ſentio Jovem noſtri numi eundem eſſe cum eo, quem Triſtanus Pluvium adpellat, etſi ſeptem ſtellæ, quæ in numo Titi conſpiciuntur, abſint: eum enim variis modis repræſentatum, atque plejadi lunam, quæ pluvias etiam efficeret, ſpicas, quæ abundantiam denotant, alioſque aſteriſcos, quorum explicationem erudito lectori relinquo, ſubſtitutos eſſe perquam eſt probabile.

V. num. XIX.
Num. XXI. & XXII.

XXIV.

Noctua.)(Aquila cum fulmine, & literæ: ΑΘ.
Exiguam differendi materiam hic numus ſuggerit: in honorem Minervæ, & Jovis patris eum cuſum fuiſſe ex ſymbolis deduco, quæ ſimul, quantum Athenienſes his diis devoti fuerint, patefaciunt. *Tab. XVI. N. 7.*

Venus Urania.

XXV. Caput deæ tectum galea, in cujus inferiori parte ſedet columba.)(Intra oleæ coronam noctua ſupra am-

phoram: in area ramus, ſeu apex myrti, & inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVI. N.* 8.

Caput galeatum primo intuitu Minervæ adparuit mihi, & ipſum proinde numisma obvium, adtentius autem examinatum multa obtulit obſervatione digna; etenim, neque effeminata vultus ſpecies, neque columba galeæ inſidens cum bellica hac dea componi bene poteſt. Hæc tamen in memoriam revocarunt numos quosdam imperatorios, & præſertim meum aliquem argenteum Saloninæ, in quorum averſa parte inſcriptio: VENVS. AVG., & hæc dea ſtans veſte, & galea tecta d. flammam, ſ. demiſſam haſtam gerit, præ pedibus vero ſcutum habet.

Hinc itaque meum etiam Athenienſem numum Veneri potius, quam Minervæ tribuendum eſſe didici: cum autem Latini numi autoritas ad Græcos transferri non poſſet, Pauſaniam conſului, qui plures Veneris armatæ ſtatuas prodidit: uno enim loco Corinthium aliquod fanum, ubi ejusmodi ſignum, tum alio loco Spartanum Veneris templum pluribus perſequitur, ſupra quod erat ſacellum, ubi Venus *Morpho* dicta, ſedebat galeata.

Pauſanias lib. II. p. 121. Edit. Lipſ. Cella Morphus Ibid. lib. III. p. 246.

Cauſam, cur Lacedæmonii Venerem armatam depinxerint, refert Lactantius: Meſſenios ſcilicet, cum a Spartanis obſiderentur, ignotis viis, quin hoſtes adverterent, egreſſos, recta Lacedæmonem contendiſſe, eam urbem militibus vacuam, utpote obſidioni intentis occupaturos, atque expilaturos: at ex urbe Spartanæ feminæ armatæ eruperunt, pugnarunt acriter, hoſtemque fugarunt. Dum hæc ita geruntur Spartæ, Lacedæmonii, Meſſenem obſidentes

Lib. I. p. 19. Bellovi. Edit. 1509.

dentes

dentes, de hoſtium clam profectorum fraude edocti, atque ejus finem ſuſpicati, dum Meſſenios per aliquod temporis ſpatium inſequuntur, in armatas, & incognitas inciderunt uxores, quæ cum maritorum errorem ſe pro Meſſeniis habentium obſervarent, vicinamque pugnam proſpicerent, ſtolis ſolutis nudata corpora oſtentantes conjugibus ſe noſcendas præbuerunt, hi vero libidine abrepti ſe illis absque ullo diſcrimine permiſcuerunt; quin juniores Lacedæmonem miſſi, eodem modo virginibus abuſi ſunt: ex his ſubinde natos eſſe Parthenios, atque in hujus facti memoriam templum Veneri extructum, in quo ejus imago armata cernebatur.

Non tamen Lacedæmonii primi Venerem armatam repræſentarunt, cum Pauſanias in inſula Cythera templum Veneris Uraniæ totius Græciæ antiquiſſimum, ac nobiliſſimum fuiſſe ſcribat, in quo armata hujus deæ effigies colebatur: alibi vero addit Athenis haud procul a Ceramico aliud delubrum Veneris Uraniæ ſeu Cœleſtis fuiſſe, quam Aſſyrii primi coluerunt certis ritibus, quos cum Paphiis in Cypro, & Phœniciis circa Aſcalonem communicarunt; a Phœniciis vero Cytheræi mutuati ſunt, ut teſtis eſt Herodotus. Ægeus, juxta Pauſaniam, Athenis hunc cultum invexit ratus & uxoris ſterilitatem, & ſororis calamitatem ex ira Veneris procedere.

Pauſan. lib. III. c. 23. p. 269.

Pauſan. lib. I. c. 14. p. 36.

Clio p. 76. Edit. Francofurt. 1594.

Si omnia hæc templa originem ſuam illi Aſcalone poſito debebant, ubi hanc deam ſubglorioſo titulo Uraniæ cultam diximus, ac ſi iisdem utebantur ritibus, eandem etiam ſtatuam Veneris armatam, ut in inſula Cythera, ita

&

ubique, ac proinde etiam Athenis fuiſſe admodum eſt probabile, atque hoc ipſo numo confirmatur. Nil autem mirum Pauſaniæ narrationem adeo confuſam eſſe, cum multa Græca memoratu digna omiſerit, ut præclare adnotavit Sponius in ſuis itineribus.

Præter ea argumenta, quibus hujus numismatis caput ad Venerem potius, quam ad Minervam pertinere comprobavi hactenus, adcedit, quod illius galea ei ſit ſimilis, quam Pauſanias, Venerem armatam *cum galericulo* deſcribens, exhibet. Inſuper in averſa parte foliorum apex adparet, qui certe myrti eſt, ut ex ejus comparatione cum aliis numis, & cum ipſis myrti foliis liquet, hæc autem planta, uti & columba, de qua ſuperius egimus, Veneri erant ſacræ.

Noctua, & amphora Minervæ adtributa meæ conjecturæ nequaquam adverſantur, cum unius numinis caput in antica, in poſtica vero alterius typus ponatur paſſim, ut in multis etiam hujus meæ collectionis numismatibus videtur. Illud ſub finem adjicio, numum hunc unicum eſſe, in quo caput Veneris armatæ exhibeatur, cum alias non extet, niſi parvum deæ ſigillum ſtans; id vero eo rarius eſt, quod in Athenienſi eſt numo, qui tam raro ſingulare aliquid offerunt antiquariis.

Vulcanus.

XXVI. Caput Palladis.)(Vulcanus ſtans d. maleeum tenet, ſiniſtram ſupra incudem, in qua duo forcipes, exten-

tendit, in orbem vero inſcriptio: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XVI. N. 9.*

Memoriæ prodidit Pauſanias Vulcani templum extitiſſe Athenis, ibique ludos in ejus honorem, ΗΦΑΙΣΤΕΙΑ dictos, celebratos eſſe.

Cybele, vel Bacchus.

XXVII. Caput juvenile prolixis crinibus, turribus, aut hedera coronatum.)(Vas cum anſis, & literæ: ΑΘΕ. *Tab. XVI. N.* 10.

Cum poſterior capitis pars non nitide adpareat oculo, videtur ſpeciem turrium præferre, quemadmodum Cybele ſolet, quod ſi ita eſt, vaſis in averſæ explicationem ignoro; ſin autem caput, ut videtur potius, hedera eſt coronatum, Baccho erit tribuendum, quocum etiam vas optime convenit: hic Athenis non minori, quam Cybele ipſa, colebatur religione, habebatque templum, & theatrum, in quo variis ludis honorabatur, ut Pauſanias, aliique teſtes ſunt.

Ceres.

XXVIII. Caput Cereris velatum, poſt quod fax (*quæ tamen ab autore in numi imagine eſt prætermiſſa, quare nec a me facile reſtituenda.*)(Papaver inter duas ſpicas tænia colligatas, & inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVI. N.* 11.

Cereris in antiquiſſimo, atque eleganti numo repreſentatæ, & Athenis ſummopere cultæ myſteria late celebrabantur. Plura ſciendi cupido de his dabit Meurſius in *Eleuſiniis*, & Pauſanias.

XXIX.

Caput Cereris.)(Scrofa, & inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVI. N.* 12.

Dum Cereris myſteria agebantur, ſcrofa immolabatur.

TABULA XVII.

XXX.

Caput Cereris ſpicis coronatum.)(Amphora, & literæ: ΑΘΕ. *Tab. XVII. N.* 1.

Hicce numus in Cereris honorem ſimul, & Bacchi cuſus videtur. (hh)

Triptolemus.

XXXI. Caput Cereris velatum.)(Triptolemus Cereris currui a duobus draconibus, ſeu ſerpentibus vecto inſiſtens

(hh) Miror jam omnes amphoras ad Bacchum referri, cum tamen ad numum II., ubi ſimilis diota profertur, adeo procurratur in laudes fabricæ fictilium.


1
B
Æ
ΑΘΕ
2
B
Æ
ΑΘΕ
3
B
ΑΘΕ
Æ
4
B½
ΑΘΕ
5
B
Α
Æ
6
ΑΘ
7
A
Æ
ΑΘ
8
C¼
Æ
ΑΘΕ
9
D
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
Æ
10
A
Æ
ΑΘΕ
11
A
Æ
ΑΘΕ
12
¼
Æ
ΑΘΕ

ſiſtens d. duas ariſtas tenet, ſ. ſerpentes frenis regit: inſcriptio ΑΘΕ. *Tab. VII. N.* 2.

Ceres Proſerpinam filiam quærens Eleuſi optimo hoſpitio eſt ſuſcepta a parentibus Triptolemi, cui etiam proprium currum ſerpentibus vectum conceſſit, ut hujus adminiculo in terrarum orbem frumentum diſſeminaret. Cum vero is prima ſemina Rhariis campis circa Eleuſim jacentibus dediſſet, templum hac in urbe, quod gratam hujus facti memoriam ſervaret, & ſubinde Athenis etiam altaria, & ſtatuas obtinuit. Lectorem autem ſuper nota Triptolemi fabula non retinebo diutius, cum præſertim de ea Cartari *in imaginibus deorum*, Natalis de Comitibus, Pauſanias, aliique copioſe diſſeruerint. Ipſum vero numum valde antiquum dicam, & unicum etiam, cum neque viderim unquam, neque audiverim numum dari hujuscemodi typo inſignem.

V. num. Eleuſinios

Pauſanias p. 92. 93. & 94.

XXXII.

Caput Palladis.)(Intra coronam oleæ noctua navi inſiſtit, e cujus prora duæ ſpicæ emergunt: inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVII. N.* 3.

Numum hunc unicum, & antiquiſſimum in honorem Minervæ cuſum fuiſſe perſuadent, hujus deæ caput, & averſæ partis noctua. Cl. D. Potter in navium autorem inquirens ait: verum communis fama gloriam hanc detulit Minervæ. An igitur hoc deæ beneficium denotare noſtri numi poſtica, ſimulque indicare non poſſet primum navium

Archæologia Græc. T. II. p. 121.

uſum apud Athenienſes fuiſſe ad fruges importandas Atticæ, in qua tantum harum non proveniebat, quantum incolis ſufficeret? — Me in explicatione numi Cecropis dicere memini naves ab eo inventas, aut ſaltem Athenienſes ab eo nautica arte imbutos eſſe, quod ſi Minervæ auxilio factum concedamus, contrarias has primo adſpectu ſententias facile conciliabimus. En conjecturas meas, quas tamen nec hoc, nec alio quocunque loco tanquam certas obtrudo.

XXXIII.

Caput Cereris ſpicis coronatum.)(Apis, & inſcriptio: ΑΘ. *Tab. XVII. N.* 4.

XXXIV.

Apis.)(Noctua amphoræ jacenti inſiſtens, & epigraphe: ΑΘΕ. *Tab. XVII. N.* 5.

XXXV.

Apis.)(Vas, penes quod ariſtæ, & literæ. ΑΘΕ. *Tab. XVII. N.* 6.

Quid api cum Cerere ſit commune, ignoro, quamvis multa, eaque diverſa, ſignificet. Spon Athenienſes putaſſe ſcribit primas apes, primumque mel veniſſe ex Hymetto monte, quod proinde hac forſan forma in numis repræſentarunt.

Voyages. T. II. p. 123.

Xeno-

Xenophon vitæ Cyri ſcriptor egregius ex Erchia de tribu Ægeide Apis Atticæ cognomen tulit; quare apes merito pro prudentiæ, & eloquentiæ, quas magni faciebant Athenienſes, ſymbolo haberi poſſunt. *Ib. T. II. inſcript. p. 130.*

Spanheim apem ab induſtria, & melle celebratam ſapientiæ, & dignitatis ſignum fuiſſe dicit, quod in his quidem numis, aut ad Minervam, aut ad Athenienſes ipſos referri poſſet. *De uſu, & præſtant. num. p. 128. Edit. in 4to.*

Addo ſolum, apes coloniarum ſymbola fuiſſe, ut Begerus Platonis, & Æliani autoritate demonſtrat; Athenienſes vero ingentem coloniarum numerum varias in regiones dimiſiſſe ex Meurſio conſtat; an vero ad has referri debeant hi numi, lector eruditus conſtituat. *Theſ. Brand. T. I. p. 504.*

Diana.

XXXVI. Caput Dianæ.)(Intra coronam arcus, pharetra, & inſcriptio: ΑΘ. *Tab. XVII. N.* 7.

Scribunt autores, comprobatque hic numus Dianam Athenis cultam, atque variis quidem in templis, ut omnibus notum, quin ipſa ſcriptorum teſtimonia proferam.

Hercules.

XXXVII. Caput Herculis juvenis cum clava.)(Cranium bovis, & epigraphe: ΑΘΗ. *Tab. XVII. N.* 8.

In adpendice antiquæ interpretationis Gallicæ Hori Apollinis elegans hic numus explicatur, ubi caput bovis

muſculis exutum laboris ſymbolum veteribus fuiſſe dicitur, cum quia hocce animal capite maxima etiam pondera trahit, tum quia laborioſi viri potiſſimum macilenti eſſe ſolent: Quare numus hic in Herculis honorem cuſus, ut ex capite adparet, cranium illud exhibet, tanquam ejus herois laborum indicium, atque validarum forſan virium, dexteritatisque exemplum. Clava itaque, qua in adoleſcentia uſus eſt Hercules, capiti juvenili juncta primos fortaſſis labores, bovis caput poſteriores denotabit, niſi ſi bovem ei immolatum eſſe dicere malumus.

XXXVIII. Caput Minervæ.)(Hercules ſtans d. ad tergum verſa Heſperidum poma tenet, clavæ ſaxo innixa brachium ſiniſtrum imponit, e quo etiam rictus leonis pendet: inſcriptio: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XVII. N. 9.*

Perrier Teſtelin les ſentimens des peintres. Thes. Brand. T. III. Cauſſeus Romanum muſeum. Thomaſſinus &c. p. 113.

Figuram hanc Herculis cum omnibus mihi notis comparatam nulli ſimilem deprehendi, niſi ſtatuæ palatii Farneſii, e qua etiam deſumtam fuiſſe pro certo habeo, quamque ita deſcriptam invenio in itineribus Laſſels *lib. II. p.* 218. *In aula palatii Farneſiani celebrem Herculis clavæ innixi ſtatuam in thermis Caracallæ inventam vidi: crus recentiori manu reſtitutum; reliquum certo antiquum a Glycone Athenienſi eſt exſculptum, ut docet ſuppoſita Græca epigraphe.*

Ex hac itaque narratione arguo ſignum iſtud Athenis ad Caracallæ thermas exornandas fuiſſe translatum. Præterea in numo Commodi a Patino recenſito averſa ex parte comparet Hercules noſtro penitus ſimilis, niſi quod dextram non a tergo ſed præ ſe habeat, qui proinde alia ex

ſtatua

ſtatua depictus videtur. Obſervandum autem hanc Herculis effigiem in imperatoriis numis nonniſi poſt Caracallam conſpici, ut in monetis Gordiani Pii, in quibus VIRTUTI AVGVSTI S. C. Gallieni, & Maximini Herculei, poſt quem in numis Græcis non exſtat amplius, ſed tantum in Latinis, id quod aperte oſtendit nominatam Herculis ſtatuam ante Caracallam Athenis conſtitutam, ab hoc vero Romam eſſe devectam, ubi & nunc adſervatur. *Angeloni p. 103.* *Begerus Thes. Brand. Tom II. p. 779.*

Theſeus.

XXXIX. Caput Herculis, aut Theſei obverſum pelle leonis infra mentum colligata tectum.)(Pallas gradiens dextra haſtam demiſſam tenet, ſiniſtram præ ſe extendit cum inſcriptione AΘE. *Tab. XVII. N.* 10.

An obverſum caput Herculi, an Theſeo adjudicandum ſit, ſtatuere non audeo, etſi huic tribuere mallem, qui non ſolum præcipuus Athenienſium heros, Athenarumque maxima ex parte conditor fuit, ſed ab ſuis etiam, ut tutelare numen, divinis cultus eſt honoribus. Fuerat hic, ut pluribus in locis legitur, æmulatus, atque imitatus Herculem patruelem, ferturque ejus exemplo clava uſus eſſe. *V. Plutarch. in vita Theſei.*

D. Baudelot numum profert, in quo protome Minervæ intra coronam oleæ, in averſa figura ſedens capite radiato d. Victoriolam, ſ. palmæ ramum tenet, ante quam ara, & in orbem: AΘHNAIΩN. Nunquam ſe tam ſingularem numum vidiſſe fatetur autor, ſedentem figuram Theſeo attribuit, cui ideo impoſitam putat coronam radia- *L'utilité des voyages.*

tam,

tam, quia eidem inter deos relato ab Athenienſibus, templo intra ipſam urbem extructo, ſingulis octo diebus ſacrificia offerebantur.

Corona hæc radiata noſtro numo, in quo rictu leonis tegitur Theſeus, minime adverſatur, cum Hercules inter ſemideos numeratus eadem forma repræſentetur, & ipſius Theſei caput ſimili pelle tectum compareat in averſa cujusdam numi Commodi ita inſcripti: ΘΕΣΕΑ. ΝΙΚΑΙΕΙΣ., quem retulit Vaillantius, & eodem libro inter viros illuſtres explicavit.

Imper. Græc. p. 71. Ibid. p. 306.

Tempus cuſi hujus numi ex literarum poſticæ forma, & præſertim ex Θ quadrato, & media linea diviſo, ut in cælatura videtur, eruere conabor. Begerus numiſma prodidit, quod Amyntæ Macedoniæ regi adſcripſit ob Θ quadratum, id enim ea ætate in uſu fuiſſe adparet ex imaginibus Ariſtogitonis, Miltiadis & Heracliti; nec poſt hoc tempus obſolevit ſtatim Begero ipſo fatente, cum in ſignis Carneadis, Theophraſtis, Iſocratis, & Ariſtophanis, non tamen in moneta, compareat.

Theſ. Brand. T. III. p. 4.

En quomodo hæc Begeri ad rem meam adplicem! Θ, quod in poſterioribus monumentis conſpicitur, figura quidem quadrata eſt, attamen ab eo, quod præſenti in numo exhibetur, differt. Bellonius autem inter viros illuſtres caput Ariſtophanis retulit, ad quod hujusmodi Θ quadratum, atque alterius etiam formæ habetur. Hocce Θ adhibitum eſſe temporibus Miltiadis Amyntæ coævi teſtatur Begerus; jam vero paullo poſt Marathoniam victoriam templum Theſeo

ſeo erexerunt Athenienſes; id quod juxta Pauſaniam proxime conſequitur tempus, quo Cimon Miltiadis filius Theſei corpus reperit &c. Probabile itaque eſt pecuniam tum cum Theſei effigie fuiſſe percuſſam, & ob Θ quadratum noſtrum ipſum numum ad ea tempora eſſe referendum.

XL.

Caput Theſei galeatum.)(Cranium tauri cum vittis, ut pro ſacrificio adornatum: inſcriptio: ΑΘΕ - - - ΙΩΝ. *Tab. XVII. N.* 11.

XLI. Caput imberbe forſan Minervæ.)(Cranium juvencæ vittis redimitum; cum epigraphe: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. *Tab. XVII. N.* 12.

Primi numi caput obiter inſpectum Martis, adtentius autem conſideratum Theſei eſt viſum. Nunquam enim taurum Marti ſacrificatum legi. Plutarchus vero refert taurum valde magnum, atque ferocem monſtro ſimilem in Athenienſes campos circa Marathonem tamdiu atrociter graſſatum, donec eum tandem adgrederetur Theſeus, pugnans vinceret, vivumque Athenas ductum Apollini Delphico immolaret. Cum hac autem narratione ex integro conſentit noſter numus, in cujus adverſa caput herois, in averſa tauri caput vittis ex lauro factis adornatum conſpicitur, quo Apollinis ſacrificium indicatur. *Vita Theſei.*

Aliud de ſecundo numo dicendum non ſupereſt, niſi quod Minervæ ſacrificium denotet.

TABVLA. XVIII.

XLII.

Theſei protome galeata.)(Supra menſam caput Minervæ, cui antrorſum noctua, & a tergo corona oleagina eſt adjecta: infra menſam diota: in area epigraphe: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. In infima numi parte literarum extritarum ductus aliqui adparent, qui legi nequeunt. *Tab. XVIII. N.* 1.

XLIII. Caput imberbe galeatum forſan Minervæ.)(Poſtica prioris ſimilis, ſed inverſa, & pro vaſe infra menſam literæ: ΑΘΗΝΑΙ. *Tab. XVIII. N.* 2.

Pulcherrimæ hæ, atque rariſſimæ monetæ inſtitutionem, & celebrationem feſtorum Panathenæorum, quæ ab Athenienſibus magni fiebant, procul dubio oſtendunt. Ludos hos adpellatos Ἀθήναια inſtituit Erichthonius quartus Athenarum rex, vel Orpheus: eos ſubinde Theſeus, cum Athenienſes unam in urbem collegiſſet, reſtituit, auxit, Παναθήναια vocavit, & in majores, minoreſque diſtinxit. Lectorem vero ad Meurſium remitto, qui integrum hoc de argumento librum ſcripſit, & vel minima horum feſtorum eſt perſecutus, quorum majora dicta Μεγάλα Παναθήναια ſingulis quinquenniis, minora vero Μικρὰ Παναθήναια nominata ſingulis trienniis, aut ſingulis etiam annis celebrabantur. Victoris præmium erat, ut diximus, vas oleo plenum, & corona oleæ in Academia natæ, & Palladi ſacræ.

Pauſan. Arcad. p. 600. Edit. Lipſ.

Num. XII.

Nunc


1
½
Æ
2
A
Æ
3
B ½
4
5
A
Æ
6
½
Æ
7
A
Æ
8
½
Æ
Æ
9
C
10
B ½
Æ
11
C
Æ
12
C
Æ

Nunc adlata ſufficere videntur ad explicationem primi numi, quem optime decet caput Theſei; hic enim licet feſta Panathenæa non inſtituerit, ea tamen auxit, atque neglecta reſtituit. Caput Minervæ ludos in ejus honorem celebratos, corona oleagina victoris præmium oſtendit, uti etiam vas olei infra menſam, niſi ſi pro ludorum ſymbolo accipimus potius: hæc eadem oſtendit alter numus ſed non ita adcurate.

Phædra.

XLIV. Caput feminæ diadematum.)(Amphora ſtans cum clava, & inſcriptione: ΑΘΕ. *Tab. XVIII. N.* 3.

Hujuſce numi caput aut ad Omphalem, quæ cum Herculis clava congruit, aut ad Phædram Theſei uxorem ob idem adtributum ſpectare videtur: cum tamen Omphale communiter pelle leonis veſtiri ſoleat, hocce vero caput regio diademate ſit revinctum, Phædræ tribuere mallem, præſertim poſtquam illud contuli cum imagine a Caninio producta, in qua inſcriptio: ΦΑΙΔΡΑ, & caput noſtro *pag. 46.* quam ſimillimum cernitur. Clavam autem, & vas ludos ab Athenienſibus in honorem Theſei celebratos, & dictos: ΘΕΣΕΙΑ. denotare opinor —— Theſeus poſt Antiopis mortem Phædram duxit, quæ celebris ſubinde evaſit amore erga Hippolytum, mariti ex Hippolyta Amazonum regina filium; quæ quidem poetarum narratio tam nota eſt, ut a me nihil adjungendum.

Incertus.

XLV. Caput viri ætate provecti galeatum.)(Tripus, cui una ex parte flos, aut malum granatum, ex altera fulmen eſt adpoſitum: inſcriptio: ΑΘ. *Tab. XVIII. N.* 4.

Adverſam numi partem, utpote admodum detritam, omiſi; de averſæ etiam flore hæret aqua. Tripus, & fulmen ſacrificium Jovis indicare videntur; ſin tamen adtritum caput magni Periclis eſſet, qui ab Athenienſibus *Olympius* eſt nominatus, fulmen tanti tituli ſymbolum eſſe poſſet; verum actum agimus, dum incertis conjecturas ſuperſtruimus.

Pericles, & Aſpaſia.

XLVI. Caput viri galeatum.)(Intra coronam oleaginam duæ noctuæ, & inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVIII. N.* 5.

XLVII. Idem typus utriusque partis. *Tab. XVIII. N.* 6.

XLVIII. Caput Minervæ, aut potius Aſpaſiæ: prior averſa. *Tab. XVIII. N.* 7.

XLIX. Antica priori ſimilis, uti & poſtica, ſi adjectum in ultima numi parte vas, ſeu lampadem excipias. *Tab. XVIII. N.* 8.

L.

L. Caput muliebre galeatum forſan Minervæ.)(Noctua cum duobus corporibus: in infima numi parte globus: inſcriptio: ΑΘΕ. *Tab. XVIII. N. 9.*

Numos hos, cum inter ſe connexi ſint, non eodem, quo eos cælavi, ordine explicabo, ſed prout feret occaſio, *Num. LVIII.* & a tertio quidem exordiar, quippe qui primo explanando inſervit. Pluribus ex cauſis eum Aſpaſiæ potius, quam Minervæ tribuendum cenſeo. Tota imprimis vultus conformatio veri potius hominis imaginem, quam ſolius mentis commentum exhibere videtur. Inſuper Caninius caput refert e gemma deſumtum, & noſtro valde ſimile cum *Caninius n. 92.* inſcriptione ΑСΠΑСΟΥ. (ii) quamvis noſter numus, utpote minimus, nonniſi criſtam ceperit, & quadrigas. Legi autem merentur illa, quæ laudatus autor hac de re *Ibid. p. 122.* differit.

 Ante-

(ii) Obfirmatus in Aſpaſia extundenda Ill. autoris animus ipſum induxit, ut eundem cum Caninio errorem erraret, tam in Gemmæ lectione, quam in derivatione nominis. Eandem gemmam nobis exhibuit Ill. L. B. Stoſchius ſuo in libro: *Gemmæ antiquæ cælatæ* N. 13., ſimilis adſervatur in dactyliotheca Perill. D. de France *νῦν ἐν ἁγίοις*. In harum utraque diſtincte legitur ΑСΠΑСΙΟΥ. Cedo jam, obliquum hunc caſum a recto ΑСΠΑСΙΑ deriva, quin a grammaticis vapules. Adcedit certum nobis jam eſſe, nomina in gemmis inſcripta præſertim gignendi caſu, artificum eſſe. Sane laudatus Stoſchius tabella conſequente Jovem horride barbatum jaſpidi rubro inſcalptum nobis offert cum eadem inſcriptione, ut manifeſtum ſit nomen ad ſcalptorem eſſe referendum, gemmæque ſuperioris imaginem Minervæ ſalutiferæ reſtituendam.

Antequam tamen ulterius progrediar, aliquid dicendum eſt de duabus averſæ noctuis, id quod præſtando primum numum explicabo, qui altera ex parte caput viri, atque, ut ego quidem arbitror, Periclis habet. Plutarchus in vita Periclis, eum corpore formoſum, capite vero longiori deformem, & proinde omnibus fere in ſtatuis capite tecto galea, qua naturalis ille defectus occultaretur, repræſentatum, & a poetis per contemtum χεινοκέφαλον dictum fuiſſe, ipſum vero Periclem ingenio triſtem nunquam riſiſſe ſcribit; quæ omnia optime conſentiunt cum capite galeato mei numi, qui, utpote numiſmati Aſpaſiæ & artificio, & poſticæ typo æqualis, novum meæ conjecturæ pondus addit. Harum præterea monetarum ſingularis elegantia optime decet ætatem Periclis, qui artes Athenis omnium maxime promovit; id quod loquuntur, atque teſtantur celebre Minervæ templum, atque alia magnifica ab eo extructa ædificia, Phidias item, aliique ea tempeſtate excellentes ſculptores.

Num. XLVI.

Nemo, quod ſciam, declaravit, quid duæ hæ noctuæ ſignificent, præter noſtrum doctiſſimum Greaves, qui Julii Pollucis loco indicato cenſet τετρωβολον ex altera parte caput Jovis, ſeu potius, ut puto, Minervæ, ex altera duas noctuas idcirco habuiſſe, quia duorum διωβολων pretium æquabat: id ſi ſubſiſtit, de argentea ſolum pecunia eſt intelligendum, nec ad æneam extendendum, cum hi duo, de quibus ago, numi maxime inter ceteros graves drachmam, ſeu ſex obolos ſinguli, & maxime levis *num. L.* cælatus diobolum, ſeu 24. grana adpendat, quare aliud quid hic denotari oportet. Plutarchus Pericli ſua e villa caput arietis cum unico cornu adla-

Denar. Roman. p. 65. Jul. Poll. lib. IX. c. 6.

adlatum eſſe narrat, tum vero Lamponem vatem viſo juvenili, ac valido cornu in medio frontis defixo, prædixiſſe, e duabus factionibus Thucydidis, & Periclis, quibus urbs diſcindebatur, eam ſuperiorem fore, apud quam felix illud omen natum erat, id quod eventu ipſo eſt confirmatum; nam Pericles contraria Thucydidis factione ſuperata, penitusque compreſſa miris artibus diſcordiarum fomitem ſemovit; pax urbi reddita; incolarum inſolentia frænata: laudabilis denique regiminis forma inducta, quæ ad ejus usque mortem perduravit.

Jam vero, duplici noctua, quæ Athenarum ſymbolum eſt, hoc in numo ſignata duas eas factiones denotari puto, quæ, urbe diu binas in partes diviſa, unitæ tandem ſunt a Pericle, cujus proinde caput merito alteri impreſſum eſt parti ab Athenienſibus in tanti beneficii memoriam per ejus ſingularem animi vigorem, & prudentiam obtenti. Has itaque omnes monetas ea occaſione flatas, caputque uxoris, ab eo tenerrime amatæ ob majus placendi ſtudium etiam percuſſum cenſeo, atque melius alio numo præclarum hoc facinus indicatum arbitror, in quo Minervæ caput in antica, in poſtica noctuæ duæ in unum caput coeunt; aperte ſcilicet oſtenditur, Periclis ſapientia a Minerva inſtillata formidandas eas, atque potentes factiones ſub unicum caput reductas.

Illud jam diſquirendum, an vero ſimilius ſit numos hos Pericle, & Aſpaſia viventibus, an poſt mortem cuſos fuiſſe? Minime me latet, quanta cura, & ſolicitudine libertatem ſuam contra ducum poteſtatem antiquæ respublicæ, & Athenienſis præcipue, ſint tuitæ, id quod ab oſtracismo ſatis

ſatis demonſtratur. Verum eſt, ſignatæ viventium ducum capitibus pecuniæ adverſari ſummam illam imperii poteſtatem, quæ ex percuſſa ejusmodi moneta elucet. Aſt quid vetabat Aſpaſiæ capite inſignem numum ferire, cum Athenis nullum unquam feminei imperii exemplum fuerit, cumque tyrannidis indicium non impreſſa numiſmati facies haberetur, ſed nomen, & tituli, qui hic abſunt, additi? Quare nonniſi juſtum officii genus erat, absque libertatis violandæ periculo. Ceterum inſignia virorum illuſtrium facta ita a Græcis honorari ſolebant numis, ut a Romanis condecorari ſtatuis; idque eo magis tum, cum honores in eum conferebantur, qui nec minima adverſus rempublicam ſuſpicione laborabat.

Jam vero Athenienſes plurima debebant Pericli, qui relatis novem victoriis totidem ſibi erecta tropæa fuerat promeritus, Athenas & divitiis magnis, & multis ornamentis auxerat, atque ea demum integritatis ſpecimina prodiderat, ut nec minimum reipublicæ a ſua ambitione timendum relinqueret; cum enim Lacedæmones Athenienſium agros vaſtarent, & ſola Periclis prædia, ut eum perfidiæ ſuſpectum facerent, intacta ſervarent, magnanima liberalitate terris ſuis omnibus, quæ magnæ erant, & locupletes, publico donatis hoſtium fraudem detexit.

Juſtin. lib. III. c. 7.

Nihil itaque video, cur ſignatam ab Athenienſibus Pericli monetam negemus, neque incredibile puto, ſtuduiſſe eum, ut Aſpaſia quoque in numis conſpiceretur; etenim Pericles e bello Samio redux ſumma ab omnibus lætitia exceptus, & a matronis obviam ei venientibus ſertis coronatus

:us eſt: ejus autem belli periculoſiſſimi quidem, cum in eo, juxta Plutarchum, Samii omne fere imperium maris Athenienſibus eripuerint, ſed & utiliſſimi autor fuerat Aſpaſia, quam moribus paullo liberiorem, ſed doctrina adeo celebrem fuiſſe conſtat, ut rhetoricarum præceptionum explanationi ab ea factæ auditorem ſe ſæpius præbuerit Socrates, & Pericles ipſe tanto ejus amore fuerit correptus, ut primam uxorem repudiaverit: meminerunt inſignis hujus feminæ autores complures, atque Lucianus præcipue.

Satis itaque, ut puto, comprobavi in harum monetarum altera Aſpaſiæ, & multo certius in altera Periclis caput eſſe conſignatum; quare ne juſto longior ſim, ſilentio præteribo numos ceteros, qui duplicem in averſa noctuam referunt. Illud unum adnotabo, vas, quod in infima hujusmodi numi parte conſpicitur, celebrem forſan lampadem auream indicare, a Callimacho elaboratam, & in templo Minervæ adſervatam, quæ diu, noctuque, quin unquam extingueretur, ardebat.

Themiſtocles.

LI. Caput viri galeatum.)(Noctua volans palmam unguibus retinet: inſcriptio: ΑΘΗΝΑ. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. *Tab. XVIII. N.* 10.

Multa ſunt, quæ mihi facile perſuadent, numum hunc in Themiſtoclis honorem ob relatam ad Salaminam de Perſis victoriam ſignatum fuiſſe. Dubium tamen aliquibus ſuboriri poſſet, an viventi Themiſtocli monetam percuſſerint

iidem Athenienſes, qui Miltiadi Marathoniæ pugnæ victori coronam oleaginam petenti denegaverant, neque aliud conceſſerant præmium, quam ut ejus imago in picta tabula pugnam referente primo inter ceteros duces loco emineret. Verum hæc ob dicta * officere non arbitror, cum ea victoria tantum interfuerit reipublicæ. Non pugnavero tamen, ſi quis Themiſtocli jam mortuo hunc honorem potius delatum exiſtimaverit.

* Caput absque nomine tyrannidis non erat ſignum.

De Relig. veterum Roman. pag. 50. Edit. Lugdun. 1599.

Guilielmus du Choul numum argenteum depinxit huic fere ſimilem excepta inſcriptione, quem male forſan adſcripſit Minervæ. Plutarchus enim in vita Themiſtoclis noctuam paullo ante pugnam ad Salaminam ſupra Athenienſem claſſem volitaſſe narrat, quam alii autores malo navis, qua Themiſtocles vehebatur, etiam inſediſſe volunt, idque ab univerſo exercitu pro victoriæ, reapſe deinde obtentæ, omine habitum, & ab eo tempore volantem noctuam Græcis victoriæ ſymbolum fuiſſe, quæ omnia numus noſter confirmat. Inſcriptionem igitur Αθήνας ΝικηΦόρȣ ſignificare cenſeo, a Minerva victrice eam militibus virtutem, & duci, cujus caput altera ex parte eſt repræſentatum, eam prudentiam inditam, qua Perſas ſuperarent facile. E quibus omnibus non dubitandum eſſe concludo, numum hac occaſione cuſum, & caput Themiſtoclis eſſe ſignatum.

Tabulæ hæ alphabetorum magni ſiebant a Spanhei-

Obſerva literam K in noſtra inſcriptione ſimilem eſſe illi, quam D. Bernard in tabulis alphabethorum protulit, & 500. annis A. X. adhibitam eſſe dixit, quæ quidem ætas cum Themiſtoclis victoria optime congruit Caput inſuper noſtri numi cum alio Themiſtoclis contuli, quod produxit Ful-

Fulvius Urſinus *num.* 141. e ſculptura deſumtum, atque, præter diverſam ætatem, maturiorem in altero, in altero juvenilem magis, multum ſimilitudinis deprehendi. Plutarchus autem teſtatur, Themiſtoclem valde juvenem ſub Miltiade pugnaſſe ad Marathonem, undecim ſcilicet, aut duodecim annis antequam Perſas ad Salaminam funderet. Nec quidquam, ut arbitror, obſunt crinium in numismate cincinni, qui in imagine Fulvii Urſini non comparent, cum & infinita adſint exempla Græcorum, qui prolixos capillos, præſertim in juventute, alebant, & Caninius numum Alexandri referat, in quo coma, ut in noſtro, eſt compoſita.

mio, & cælatæ ſunt in ultima editione ejus libri *de præſtan. & uſu num.*

Sol inſuper galeæ impreſſus novum præbet pro Themiſtocle argumentum: hic enim Perſarum inclaruit clade, qui ſolem non adorabant modo, ſed & ceteris diis anteponebant.

Ariſtides.

LII. Caput viri galeatum.)(Tropæum ex armis Perſicis conſtructum, & inſcriptio: ΑΘΗΝΑΣ. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. ΑΡ. *Tab. XVIII. N.* 11.

Literas ΑΡ. conjunctas indicare puto, caput anticæ ad Ariſtidem pertinere, qui cum Pauſania Platæenſem victoriam reportavit paullo poſt Themiſtoclis triumphum. Epigraphen autem ita interpretor: *Athenienſes victores prudentia, ac virtute Ariſtidis.* Tropæum certo Perſicum judico, quippe Pauſanias poſt felicem eum conflictum Lacedæmoniis tropæum,

pæum, Ariſtides Athenienſibus aliud erexit, ut Plutarchus in vita Ariſtidis, aliique narrant.

Cimon.

LIII. Caput galeatum ut in priori numo, ante quod litera K.)(Tiara Perſica, ſupra quam noctua inſidens duobus oleæ ramis: inſcriptio: ΑΘΗΝΑΙ. *Tab. XVIII. N.* 12.

Ultimi tres numi totidem inſignes Athenienſium de Perſis victorias, easque maximas, ſi primam ad Marathonem excipias, in memoriam revocant. Duarum ſuperius jam meminimus, numus autem iſte tertiam indicat, cujus gloriam duabus pugnis retulerat Cimon Artabaze mari, & Megabize terra fuſis penitus, & fugatis, coactisque ad pacem ineundam, tam ſibi probroſam, quam Athenienſibus utilem. Duo itaque rami oleæ infra noctuam collocati optime exprimunt pacem hanc a duabus de Perſis, ut tiara oſtendit, victoriis profectam, & litora K adpoſita Cimonis, ut puto, capiti ejus forſan nominis primum eſt elementum. Tria hæc prælia fuſius deſcripſerunt Plutarchus, Diodorus Siculus, & Juſtinus, hic vero eadem recinere non vacat.

Plutarc. in Cimon. Diodor. Sicul. lib. XII. c. 1.

TABULA XIX.

Incertus.

LIV. Caput galeatum, ut antea.)(Noctua ſupra amphoram intra coronam oleaginam, & in area Dioſcuro-

rum


1
D
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
Æ
2
ΑΘ ΗΝ ΑΙ
C 4
Α
Æ
3
B
Α Θ Ε
Æ
5
B
ΑΘΕ
Æ
6
A ½
ΑΘ
Æ
7
A
ΑΘ
Æ
8
A
ΑΘ
Æ
9
A
A
Θ Ε
10
B
ΑΘΗ
Μ Α
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ
Æ
11
B
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΜ
Æ
12
B
Α Θ Η Ν Α Ι
Æ

rum pilei, niſi tamen aliud ſint potius, ut innuemus inferius: inſcriptio: AΘE. *Tab. XIX. N.* 1.

Facies Phocionis videtur, cujus caput e ſardonyche acceptum Belorius edidit inter viros illuſtres, ubi ut orator repræſentatur; in noſtro autem numo, ſi illius eſt, ut bellator depingitur, cum utraque arte excelluerit. In averſa nihil adtentione dignum continetur præter Dioſcurorum pileos, ſeu potius duos inverſos crateres, quorum liquor effluens tæniarum, pedes autem ſtellarum ſpeciem præbeant; quod ſi eſt, dicere poterimus, Athenienſes, ſe Phocionem e vita ſuſtuliſſe dolentes, ejus imaginem e ſtatuis ſumtam monetæ conſignaſſe, cumque eum, Plutarcho teſte, duplici veneni potione enecaſſent, inverſis duobus poculis mutatum animum, doloremque ſuum de tanto ſcelere manifeſtaſſe. At his dubiis adeo, & incertis conjecturis quid inhæremus diutius?

Theſpis poeta tragicus.

LV. Caput barbatum corona oleæ, aut myrti cinctum.)(Caput barbatum hedera coronatum, poſt quod literæ: AΘ., ante vero: ΘE. *Tab. XIX. N.* 2.

LVI.

Numus hicce priori eſt fere ſimilis præter diadema alteri capiti impoſitum. *Tab. XIX. N.* 3.

Joviſne ſint anteriora capita, aut certi cujusdam viri dubito; quare meam opinionem prius de averſis utpote cognitu facilioribus, dein de adverſis proferam.

Ex averſæ corona hederacea poetam, ex barbæ autem forma Athenienſem valde antiquum poetam arguo. Literas ΑΘ pro primis notis vocabuli Αθηναίων, alias autem ΘΕ pro primis elementis nominis celeberrimi poetæ Theſpis habeo, cum aliud nullum ſingularis poetæ Athenienſis nomen characteribus hiſce incipiat. Suidas ad vocem ΘΕΣΠΙΣ ita loquitur: *Theſpis ex Icario, Atticæ populo, tragicus decimus ſextus ab Epigene Sicyonio primo tragico. Alii ſecundum ab eo faciunt. Alii vero primum tragicum fuiſſe dicunt. Hic primus ceruſſa facie illita tragœdias egit. Deinde faciem andrachna in docendis fabulis texit. Poſtea vero larvarum lintearum uſum introduxit. Docuit fabulas Olymp. LXI. Inter tragœdias ejus commemorantur Præmia Peliæ, ſeu Phorbas: Sacerdotes: Adoleſcentes: Pentheus.* Meurſius in Solone, & Laertius in ejus vita Theſpim jam Olymp. L. docuiſſe volunt, aſt Arundeliana marmora, & Bently *in Phalar.* Suidæ opinionem ſtabiliunt, atque in his omnibus poetæ illius facta legi poſſunt.

Caput noſtri numi illud confirmat, quod autores ſcripſerunt, tragœdiam ſcilicet religionis olim, & cultus deorum partem fuiſſe, quodque Rimer narrat, ſacerdotes ſcilicet Baccho hymnos eo tempore ceciniſſe, quo capra immolabatur ſupra altare. Sacerdotes chorum conſtituere, & reliquas omnes obire ſolebant ceremonias, donec Theſpis & epiſodia adderet, & actorem in theatrum induceret &c. Cum autem theatra Baccho eſſent ſacra, poetæ tragici,

&

& præſertim Theſpis, qui, juxta Athenienſes, primum tragoedias in hujus dei honorem compoſuit, hedera coronabantur.

Si alia horum numiſmatum capita Jovis ſunt, tunc illud, quod olea coronatum eſſe videtur, Jovem Olympium, aliud diadematum Jovem regem exhibere debebit. Atta- *Num. LV.* men mihi probabilius videtur, numos hos, qui in poſtica tragicum poetam obferunt, etiam in antica epicorum prin- *Num. LVI.* cipem Homerum repræſentare, cujus exiſtimatio magna apud Athenienſes erat, cujus ſtatuæ in arce adſervabantur, de cujus denique patriæ gloria Athenas inter, atque ſex alias urbes contendebatur. Verum quidem eſt Homeri effigiem Jovi ſimilem, & frequentiſſime diademate ornatam fuiſſe, ſed Athenienſes forſan, ut ejus imaginem ab aliis ceterarum *V. Cuperum Apotheo. Homeri p. 7.* urbium, quæ Homeri natales ſibi vendicabant, diſtinguerent, eum in ſuis olea coronarunt, quæ arbor ſacra erat Minervæ præſidi ludorum Panathenæorum, in quibus carmina Homeri recitabantur. Accedit, Homeri faciem a Cupero deſcriptam e Dionyſio Halicarnaſſeo numiſmati noſtro *Ibid. p. 37.* optime reſpondere.

Quid ſi hocce caput Ariſtophanis foret, cui comparatum Fulvii Urſini ſcalptis imaginibus ſimilius eſt, quam Homero? Tunc autem diadematum caput *num. LVI.* Sophocli potius tribuerem, cui in laudatis tabulis tantum eſt ſimile, quantum obverſo capiti poteſt eſſe facies in latus converſa: illius inſuper diadema nonniſi tenui conſtat faſcia crines religante, dum regum, deorumve diadema latius eſt, & compreſſius. Itaque fortaſſis in tragicorum, comico-

rum-

rumque poetarum honorem monetam ſignarunt Athenienſes, qui Theſpim tragoediæ autorem, & Ariſtophanem comicorum optimum exiſtimabant. Noſter vero numus Theſpim antiquæ tragoediæ magiſtrum, Sophoclem recentioris principem forſan oſtendit; etſi autem in hanc poſtremam opinionem magis inclinem, eam tamen eruditis obtrudere non audeo.

Calliſthenes philoſophus.

LVII. Caput barbatum.)(Caput Minervæ, & litera A primum nominis Athenienſis elementum. *Tab. XIX. N.* 4.

Pro explicatione hujus numi epiſtolam ab autore hujus libri, hac ſuper re, ante aliquod tempus ad me datam produco.

DOMINE,

Ut Excellentiæ tuæ mandatis faciam ſatis, meam de pulcherrimo tuo, atque unico Athenienſi numo opinionem breviter adnotatam tibi cum ejusdem cælatura ſubmitto.

Caput itaque barbatum hujus monetæ Calliſtheni philoſopho Demotimi filio adjudico, aut alteri Calliſtheni (α) Olynthi Macedoniæ nato (β) Ariſtotelis diſcipulo, & conſobrino, (γ) qui cum offenſam Alexandri M. incurriſſet (δ) variis cruciatibus adfectus, ferreæ caveæ eſt incluſus, ut ibi vitam diuturnos inter dolores terminaret. Verum Lyſimachus, qui Calliſthenem, a quo philoſophiam didicerat, amabat

(α) V. Suidam.

(β) Olynthus urbs erat magni momenti, & libera quamvis Athenienſium eſſet aliqua ratione, donec ea Philippus Macedo anno ſui regni tertio potiretur, amicitiæ colore prætenſo *V. Diodor. Sicul. lib. XVI.*

(γ) Calliſthenes filius erat conſobrinæ Ariſtotelis dictæ Hero *V. Plutarch. in vita Alexandri.*

(δ) Aliqui Calliſthenem ita ab Alexandro excruciatum volunt, quia illum, ut deum ado-

bat maxime, etiam ad captivum inviſebat, (ε) quo tamen facto, ita Alexandri M. iram in ſe concitavit, ut ejus juſſu leoni devorandus objiceretur, quem cum ſingulari fortitudine, & dexteritate occidiſſet, Alexandri tantam virtutem demirantis non gratiam ſolum recuperavit, ſed & animum ita ſibi devinxit, ut ei inter ceteros præcipuos duces ſucceſſerit.

Marmor a Fulvio Urſino editum (ζ) caput exhibet barbatum, noſtro quam ſimillimum, unde & hocce Calliſthenis eſſe deduco, etenim in eo marmore ex parte fracto duo capita adverſa comparent cum epigraphe: ΚΑΛΛΙΣ-ΘΕΝΗΣ. ΛΥΣΙΜ - - - , quod lego: Λυσιμαχος: *Calliſthenes*, *Lyſimachus.* Caput itaque barbatum Calliſtheni, aliud juvenile Lyſimacho adcenſeo, quos valde familiares fuiſſe diximus, & proinde ita repræſentatos eſſe probabile videtur.

Non parum admiratus ſum doctiſſimum Joannem Fabri (η) pertinaciter legentem Λυσιμαχου, quod hunc faceret ſenſum: *Calliſthenes Lyſimachi filius.* Pertinaciter, inquam, nam cum neminem hujusmodi hominem ullo in autore deprehenderet, conjecturæ ſuæ obſtinate inhærens Athenæum, Suidamque corrigit, & Calliæ Lyſimachi filio Athenienſi poetæ comico ſubſtituit Calliſthenem, quem hoc in marmore per juvenile caput indicari vult, dum aliud barbatum larvam, aut perſonam pro comœdiis eſſe cenſet.

Domine, me Fabri opinioni, utpote conjecturæ nimium incertæ adquieſcere non poſſe fateor aperte; dum

D d præ-

rare noluit. *V. Arrian. lib. IV. & Q. Curtium lib. VIII. &c.*

(ε) *V. factum hocce minutim deſcriptum in Juſtino lib. XV. cap. 13.*

(ζ) *Illuſt. imag. num. 41.*

(η) *In Ful. Urſin. p. 24.*

præſertim admodum veriſimile eſſe duco, Lyſimachum etiam juvenem propriam faciem marmori inſculpi feciſſe ſuo cum nomine, ex adverſo autem caput Calliſthenis magiſtri ſui, cujus gratia maximo periculo objectus, ex eodem tamen ſummo cum decore evaſerat.

Suidas p. 475. edit. Baſil. 1564.

Ad numum redeo, & admirationem, quam ſignatum ab Athenienſibus Macedonis caput excitare poſſet, abſtergo Suidæ locum de Calliſthene recitando: *Is vero eum caveæ ferreæ incluſum, una cum Nearcho tragico interfecit: eo quod ipſi ſuaſiſſet, ne ſe ab Athenienſibus dominum vocari vellet.* Excell. Domine, id ſententiam tuam (*) confirmat, quam me inter manuſcriptas tuas animadverſiones ad numos Athenienſes legere memini, qua ſcilicet cenſes, hanc rempublicam eorum capita, qui præclari quid pro patria geſſerant, numis impreſſiſſe quidem, ſed absque nomine, ne ſpeciem referret tyrannidis, cujus vel umbram abhorrebant.

(*) *V. hujus tractatus animadverſionem in Periclis, & Aſpaſiæ num.* XLVI. & XLVIII.

De poſtica nihil memorandum habeo, cum alioquin clarum ſit, caput galeatum Minervæ, & literam A primum elementum nominis Athenarum eſſe, quarum præſes erat hæc dea.

En itaque meam de inſigni tuo numiſmate opinionem, quam acerrimo judicio tuo ſubmitto, me vero ſimul omni cum obſervantia profiteor,

Excellentiæ Tuæ

Devotmum famulum
N. F. Haym.

LVIII.

LVIII. LIX.

Caput galeatum, circa quod veſtigia quædam literarum.)(Capra: in ultima numi parte literæ: ΠΑ. ΑΘ, & in area ϨΘ. *Tab. XIX. N.* 5.

Caput Minervæ.)(Duæ noctuæ, & in orbem inſcriptio: ΜΕΛΗΤΟΠΟΛ - - - - - *Tab. XIX. N. 6.*

Primum numum explicare non mihi ſumo, cum neque literas in antica adnotatas, quæ nomen forſan depicti viri continent, in vocabulum aliquod componere, neque ex poſtica majorem quamdam lucem haurire poſſim. Capra tamen averſæ denotare forſan poſſet aliquod Athenienſium ſacrificium deo Pani, literis ΠΑ. deſignato, factum. Memini me legere, Panis cultum Athenis introductum fuiſſe, poſtquam is deus Philippidæ, qui ab Athenienſibus miſſus erat Lacedæmonem petitum ſuppetias contra adventantes Perſas, apparuiſſet, ſuumque in Marathonia pugna auxilium ſpopondiſſet. Et vero narratur quidam cum veſte, tum habitu corporis ruſticus ſub ipſo poſtea prælio viſus eſſe, qui aratro magna in hoſtes ſtrage edita evanuit, & his de cauſis Philippiden Athenis induxiſſe cultum Panis. *Num. LVIII.*

Literas ϨΘ in area poſticæ ſignatas, annum 209. epochæ, cujus initium eruere nequeo, indicare puto. Illud & animadverte ſigma eſſe, uti Latinorum S inverſum, quod erat ſigma Græcorum antiquiſſimum, quodque proinde cum ipſa operis mediocritate ingentem noſtri numi vetuſtatem

tem demonſtrat. En itaque omnia, quæ de hoc numo poteram adferre.

Num. LIX. *Strab. lib. XIV.* Stephanus Byzantinus Melitopolem inter Cyzicum, & Bithyniam ad fluvium Rhindacum collocat. Meurſius in *Fortuna Attica* eam Athenienſem coloniam dicit Strabonis innixus autoritati.

TRACTATUS
DE
MONETA ATHENIENSI ARGENTEA.

Admonitio ad Lectorem.

Vetus Atticæ pecunia dividebatur in talenta, talentum in 60 minas, mina in 100. drachmas, drachma in 6. obolos, obolus in duos ſemiobolos, quanquam alia etiam monetæ diviſio uſum obtineret, ut ex ſequenti tabula adparebit. Habebant inſuper Athenienſes didrachmum duas drachmas, & tetradrachmum quatuor drachmas adpendentem numum, numus denique erat multiplex omnis generis & diverſi ponderis, qui proinde a D. Bernard *lib. de Menſuris, & Ponderibus antiquis* vocatur *maximus*, *mediocris*, *minimus* &c.

Ut

Ut autem Atticæ monetæ ſpecimen exhibeam, laudati autoris tabulam adſumſi, & cum meis numis argenteis contuli, e quibus etiam ſimilem tabulam priori adjunctam conſtruxi, indicato ubique eorum pondere a me exacte explorato, quod ſi cum ponderibus D. Bernard non congruit, aſteriſco adnotavi.

Prima columna ſequentis tabulæ numeros diverſarum ſpecierum monetæ Atticæ continet.

Secunda earumdem nomina declarat.

Tertia earum pondus oſtendit in granis Anglicis, quæ vulgo adpellantur *Troy-weight*, & in decimis eorum partibus.

Quarta monſtrat earum pondus in meis argenteis numismatibus, ſignum ✠ numis inter ſe-ſeparandis inſervit, quos ſingillatim deinceps deſcripturus, ita diſpoſui, ut ponderis majoris præcedant, ſequantur minoris. Adnotandum tamen, monetas ſitu corroſas vero ponderi ad amuſſim reſpondere non poſſe.

Quinta denique columna exhibet numerum primi mei, & maxime gravis cujusque ſpeciei numi, juxta ordinem hoc in tractatu propoſitum.

Tabula ponderum monetæ Atticæ argenteæ.

Numeri.	Juxta D. Bernard. — Nomina monetæ Atticæ.	Grana Anglica.	Notæ decimales.		Juxta numos Ill. Comitis de Winchilſea. — Cujusque pondus in granis Anglicis.	Numi.
1	Semiob. Attic. Mediocr.	5,	5	1	5, 5 ✠ 5 - - - -	1
2	Lupinus $\frac{2}{3}$ obol. med. -	7,	334	2	7, $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$ ✠ - - - -	2
3	Obolus maximus - - -	11,	1667	3	- - - - - - -	—
	- - - mediocris - -	11	- - -		10, $\frac{2}{4}$ ✠ 10$\frac{1}{2}$ ✠ 10$\frac{1}{4}$ ✠ - -	3
	- - - - - - - - -	- - - - -		*	15$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ ✠ 14$\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$ ✠ quadrans drachmæ $\frac{1}{12}$ oboli -	4
4	Diobolus commun. -	22	- - -	4	20 $\frac{1}{4}$ ✠ - - - - -	6
	- - maximus - -	22,	334		- - - - - - -	
5	Triobolus mediocris -	33	- - -	5	32 $\frac{1}{4}$ ✠ 31 ✠ 30 $\frac{1}{2}$ ✠	7
	- - maximus - -	33,	5		- - - - - - -	
6	Tetrobolus mediocris -	44	- - -	6	44 ✠ - - - - -	9
	- - maximus - -	44,	1667	*	47 $\frac{1}{4}$ ✠ 46 $\frac{1}{4}$ ✠ An hi pentoboli non ſunt? -	10
7	Drachma minima - - -	65	- - -	7	64 ✠ 60 $\frac{1}{4}$ ✠ - - -	12
	- - minorq. med. rara	65,	7125		- - - - - - -	
	- - mediocris - -	66	- - -		- - - - - - -	
	- - maxima - -	67	- - -		- - - - - - -	
8	Didrachmus - - -	132	- - -	8	132 $\frac{1}{4}$ ✠ 128 ✠ - -	14
	- - majores - - -	134	- - -		- - - - - - -	
9	Tetradrachmus min. -	260	- - -	9	260 ✠ 259$\frac{3}{4}$ ✠ 258$\frac{1}{2}$ ✠ 256$\frac{3}{4}$ ✠ 255$\frac{1}{2}$ ✠ 255$\frac{1}{8}$ ✠ 251$\frac{3}{4}$ ✠ 250$\frac{1}{4}$ ✠ 250$\frac{1}{4}$ ✠	15
	- - minor med. & rar.	262,	85		- - - - - - -	
	- - frequens, & med.	264	- - -		263$\frac{1}{2}$ ✠ 263 ✠ - - -	24
	- - rarus & maxim.	268	- - -		266 ✠ 265$\frac{3}{4}$ ✠ - - -	26

MONETA

MONETA ATHENIENSIS ARGENTEA.

I. *Hemiobolus, ſeu* $\frac{1}{12}$ *drachmæ.*

Caput Minervæ.)(Noctua cum ramo oleæ, & inſcriptio: AΘE Numus hicce typo quadrato ſignatus $5\frac{1}{2}$ grana Anglica, alter autem etiam meus 5. ſolum grana adpendit. *Tab. XIX. N.* 7.

II. *Lupinus ſeu* $\frac{2}{3}$ *oboli.*

Caput Minervæ.)(Tres ſemilunæ, intra quas literæ AΘE. Hujus pondus eſt 7. gran. $\frac{1}{4}$. & $\frac{1}{8}$. *Tab. XIX. N.* 8.

Qua de cauſa ſemilunæ iſtæ impreſſæ fuerint, neſcio, an ad ornandum tantum, an ad ejusdem etiam phaſes denotandas, primum ſcilicet, ſecundum, tertium quadrantem, & his conjunctis lunam ipſam plenam: explicent hæc eruditi.

III. *Obolus, ſeu* $\frac{1}{6}$. *drachmæ.*

Cum ſolo pondere a primo differat hic numus, æri non eſt inciſus: ponderat 10. gran. & $\frac{3}{4}$.

Similis pariter meus adpendit 10. gran. & $\frac{1}{2}$.

Et rurſum alter 10., & $\frac{1}{4}$.

IV. *Quadrans drachmæ ſeu obolus, & dimidius.*

Caput Cecropis biforme.)(Caput Palladis galeatum inſcriptio: AΘE: pondus gran. 15. $\frac{1}{2}$., & $\frac{1}{8}$.

Numum hunc Cecropis, utpote in fronte hujus commentarii cælatum, & pluribus explicatum hic prætermittimus.

V.

V. Caput Minervæ.)(Noctua expanſis alis, cui duo rami oleæ imminent: epigraphe AΘE: pondus gran. 14. $\frac{1}{4}$., & $\frac{1}{8}$. *Tab. XIX. N.* 9.

Athen. num. XII. & LI. Hic quoque numus quadrans drachmæ eſt, ut præcedens: noctuæ volantis ſuperius jam meminimus.

VI. *Diobolus, ſeu* $\frac{1}{3}$. *drachmæ.*

Caput Palladis.)(Binæ noctuæ in unum caput coeuntes, & literæ - - ΘE: numus adpendit gran. 20., & $\frac{1}{4}$. *Tab. XIX. N.* 10.

Goltz. Græc. T. XX. Monetam hanc Goltzius jam edidit, & ob extritum A, ut in mea, urbi Ethneſti adtribuit; verum Athenis reſtituendam eſſe, & P. Harduinus, & ſequentes duo numi clare demonſtrant.

VII. *Triobolus, ſeu* $\frac{1}{2}$. *drachmæ.*

Caput Minervæ.)(Noctua inter duos oleæ ramos, & inſcriptio AΘE: adpendit gran. 32$\frac{1}{4}$. *Tab. XIX. N.* 11.

Alter meus ejusmodi numus ponderat ſolum 31. gran. Et rurſum alius nonniſi 30$\frac{1}{2}$. gran.

VIII. Caput Palladis.)(A priore nonniſi literarum ſitu paullulum differt. *Tab. XIX. N.* 12.

Athen. num. L. Hocce numismate foramine pertuſo, non quidem ponderum rationem, ſed numum ſexto loco poſitum Athenienſem eſſe comprobare volo, etſi id ipſum ſatis oſtendat numus æneus jam exhibitus, in quo duæ noctuæ in unicum caput coeunt.

IX.

IX. *Tetrobolus*, *ſeu* $\frac{2}{3}$ *drachmæ.*

Caput Minervæ.)(Duæ noctuæ, & inſcriptio: AΘE. pondus eſt gran. 44. *Tab XIX. N.* 13.

TABVLA XX.

X. *Pentobolus*, *ſeu* 5. *oboli.*

Caput galeatum Minervæ Tritoniæ.)(Noctua ramo oleæ inſiſtens: inſcriptio: AΘH. pondus gran. 47$\frac{1}{4}$. *Tab. XX. N.* 1.

XI. Caput Minervæ Tritoniæ, ut antea.)(Noctua inſidens capitulo columnæ Jonicæ: epigraphe: AΘ - - - KTIΣTHΣ. TAP. Pondus gran. 46$\frac{1}{4}$. *Tab. XX. N.* 3.

Ad Minervamne, an ad hominem literis TAP. indicatum titulus ille KTIΣTHΣ. *Fundator* referri debeat, decernere non auſim. Ultimos hos duos numos rebar eſſe pentobolos, verum ſi 48. grana adpenderent, eorum drachma eſſet 72. gran., & minimam drachmam Thaſiam æquaret. Thaſus autem inſula argenti fodinis ferax ad Athenienſes pertinebat, cur itaque dicere non poſſemus, hos Thaſiorum argento ad pecuniam uſos, eorum etiam pondus adhibuiſſe, cum præſertim duo hæc Athenienſia numismata æqualia ſint Thaſiorum tetrobolo.

XII. *Drachma.*

Caput Minervæ.)(Quadratum incuſum, in quo noctua ramo oleæ inſiſtens, & literæ: AΘE: pondus eſt gran.

 64.

Num. Athen. I. & XXVII. 64. Numum hunc multis aliis ſimilem æri incidendum eſſe non judicavimus.

XIII. Caput Palladis.)(Intra coronam oleæ noctua amphoræ inſidens; ad latus clava, & inſcriptio: AΘE. HPA. APIΣΓOΦIΛΩ. Hic quoque numus grana 60., & ¼. adpendens drachma eſt. *Tab. XX. N.* 2.

XIV. *Didrachma Attica Anaphlyſti.*

Caput Palladis, poſt quod literæ A, & N conjunctæ deſignant Anaphlyſtum, ut ex Goltzio adparet: in area corona laurea, aut oleagina tripodem circumdans.)(Pegaſus volans, intra cujus pedes literæ AN, ut antea. Numus hic adpendit grana 128., cui ſimilis etiam meus, minus tamen conſervatus 131. ¼. gran. ponderat. *Tab. XX. N.* 4.

Numum hunc non alia ex cauſa hic retuli, quam quia nullam Athenienſem didrachmam habeo. Anaphlyſtus autem, juxta D. Spon, ab Anaphlyſto Trœzenis filio nomen mutuata, urbs erat parva, & maritima haud procul Athenis, in tribu Antiochide, cui promontorium Colias vicinum, quo Perſicæ a Salaminia clade reliquæ naves ſe receperunt: celebris autem fuit urbs illa templis Panis, Cereris, Veneris Coliadis, & deæ adpellatæ Genetyllidis partuum præſidis, vaſis item fictilibus pictis, quæ plurimi fiebant, ut teſtis eſt Athenæus.

Sequun-


1
C
A
ΘE
Æ
2
Æ
A
Θ
Θ
E
3
B
A
Θ
Θ
E
Æ
4
1/2
Æ
A
5
A
ΑΠΟΛΛΩΝ
Æ
ΠΑ·ΑΘ
6
C
ΜΕΛΗΤΟΠΟΛ
Æ
7
Æ
8
A
E Θ
Æ
9
A
Æ
10
Θ
E
11
A
Æ
12
A
Æ
13
A

Sequuntur Tetradrachmi.

Secundum ordinem tabularum D. Bernard.

XV. *Tetradrachmus de levioribus.*

Cum in genere omnes hi numi caput Minervæ referant, de ſola jam poſtica ſermonem inſtituemus, in qua intra coronam oleaginam noctua amphoræ inſidet, cui in hoc numo impreſſa eſt litera, Θ, & aliæ ME ſubjiciuntur: in area botrus, & inſcriptio: ΑΘΕ. ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΣ. ΔΗΜΟΣΘΕ. Pondus eſt gran. 260. *Tab. XX. N.* 5.

Nomina hæc in numo ſignata ſculptorumne, an magiſtratuum, aut aliorum illuſtrium virorum ſint, adfirmare non audeo; neque ſtatuere, an literæ vaſi impreſſæ numerum officinæ deſignent, in qua numus cuſus, an alterius cujusdam loci, in quo celebria illa vaſa fictilia efformabantur, cum Athenienſes magnam, quam ex his conſecuti erant, laudem ſtudioſiſſime conſectarentur. Officinam tamen potius denotari arbitror, & in meis quidem numis per A primam, per Δ quartam, per E quintam, per Z ſeptimam, per Θ nonam, & per K vigeſimam. Neque mirum tot officinas fuiſſe Athenienſibus, qui vaſtas tam in continente, quam in inſulis provincias poſſiderent, quique ob crebra bella ad cudendam majore numero pecuniam cogerentur, & frequentes haberent fodinas, unde argentum adflueret.

Quid ſibi velint literæ infra amphoram, aut botrus in area collocatus, adſequi adhuc non potui, niſi forte in

Bacchi honorem poſitus fuiſſet, in aliis quippe ſequentibus monetis aliorum numinum, Cereris præſertim, Mercurii, Apollinis, Jovis, Dianæ, & Herculis imagines, ac ſymbola videbimus, quibus tamen non inhærebo diutius.

XVI. Caput Minervæ.)(Intra coronam oleaginam noctua inſidet amphoræ, infra quam literæ: ME. in area gallus cum palma victoriæ ſigno in iis ludis relatæ, in quibus galli pugnare ſolebant: epigraphe: ΑΘΕ. ΗΡΑ. ΧΑΡΙ. Pondus gran. 259 $\frac{3}{4}$. *Tab. XV. N.* 6.

XVII. Caput, ut antea.)(Intra coronam &c. noctua inſiſtens amphoræ, cui litera Δ eſt impreſſa, & infra quam literæ ΣΦ conſpiciuntur: in area tripus, & inſcriptio: ΑΘΕ. ΠΟΛΕΜΩΝ. ΛΑΚΕΤΗΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΔ. Numus hic adpendit grana 258 $\frac{1}{2}$. *Tab. XX. N.* 7.

XVIII. Caput, ut antea.)(Intra coronam &c. noctua ſupra amphoram: ex parte altera monogramma, ex altera acroſtolium: epigraphe: ΑΘΕ. Numus æquat gran. 256 $\frac{1}{4}$. *Tab.* 20. *N.* 8.

XIX. Prior averſa, niſi quod ſub amphora literæ ΣΦ, in area aquila cum fulmine intra ungues, & alia adſit inſcriptio: ΑΘΕ. ΜΗΤΡΟΔΙ. ΕΠΙΓΕΝΗ. ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ. Pondus eſt gran. 255 $\frac{1}{2}$. *Tab. XX. N.* 9.

XX. Poſtica anterioribus ſimilis præter literas A in amphora, & ΑΠ infra amphoram ſignatas, cervum item in

area,

area, & epigraphen: ΑΘΕ. ΝΕΣΤΩΡ. ΜΝΑΣΕΑΣ. Numus ponderat gran. 255. $\frac{1}{8}$ *Tab. XX. N.* 10.

TABULA XXI.

XXI. Averſæ typus idem, ſed amphoræ litera Z, infra amphoram ΠΣ ſunt impreſſæ: epigraphe diverſa: ΑΘΕ. ΔΙΟΤΙΜΟΣ. ΜΑΓΑΣ. ΝΙΚΟ. Pondus eſt gran. 251$\frac{3}{4}$. *Tab. XXI. N.* 1.

XXII. Averſa nil differt a prioribus, niſi litera E in amphora, imagine Cereris cum ſpicis, & haſta (11) in area ſignata, atque inſcriptione: ΑΘΕ. ΔΗΜΑΣ. ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΗΣ. Numus pondere ſuo adæquat grana 250$\frac{1}{2}$. *Tab. XXI. N.* 2.

XXIII. Solitus averſæ typus, cui duo in area monogrammata, cicada, & literæ: ΑΘΕ. ſunt adjectæ. Pondus gran. 50$\frac{1}{4}$. *Tab. XXI. N.* 3.

Conſequuntur tetradrachmi mediocres.

XXIV. Caput Palladis.)(Noctua ramo oleæ inſidet: epigraphe: ΑΘΕ. Inſignem numiſmatis hujus antiquitatem facile demonſtrat impreſſum quadratum, aliaque in procemio indicata vetuſtatis ſigna, uti A obliqua linea ſectum, Θ uni- *V. num. XXVII.*

(11) Si quid novi, icuncula Jovis eſt fulmen d. adtinentis.

Θ unico tantum puncto in medio inſigne. Hæc moneta adpendit grana 263 [1].

XXV. Alius vero ſimilis grana ſolum 263.

Tetradrachmus maximus.

XXVI. Caput Minervæ &c.)(Intra coronam oleaginam noctua conſiſtit ſupra amphoram, cui litera K impreſſa, & aliæ ΛI. ſubjiciuntur: in area Ceres ariſtas d. tenens, & inſcriptio: ΑΘΕ. ΑΠΕΛΛΙΚΩΝ. ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ. Pondus eſt gran. 266. *Tab. XXI. N.* 4.

Dum hactenus Athenienſes meos argenteos numos recenſerem, omni fere obſervatione abſtinui, at ſilentium hoc præſens numus abrumpere cogit, cum ſignata hoc in numiſmate nomina majorem animadverſionibus campum aperiant. Etenim Plutarchus narrat in vita Syllæ, Athenis anno 536. V. C. Olymp. CLXVI. Apelliconem quemdam Teja oriundum vixiſſe, & opera omnia Ariſtotelis, Theophraſtique magna pecuniarum vi coemiſſe; hæc quippe ab Ariſtotele Theophraſto diſcipulo eo pacto fuerant donata, ne publici juris fierent, a Theophraſto relicta ſunt Neleo in Troadis urbe Scepſi nato, ab hujus vero hæredibus in antro quodam abdita ſunt, ne a Pergameno rege ejus urbis domino, libros undique pro ſua bibliotheca conquirente, poſſent deprehendi, & reapſe nonniſi poſt 160. annos inventa ſunt, at admodum vitiata, Apelliconique Athenienſi, ut diximus, vendita, & cum reliqua ejuſdem bibliotheca a Sylla, Athenis occupatis, Romam miſſa ſunt, ab Hadriano dein imperatore Athenienſibus tandem reſtituta.

V. Strab. lib XIII. p.609. edit. Paris.

Quem-


1
Η
ÆR
2
Α ΘΕ
ΑΡΙ ΗΡΑ
ΣΤΟ
ΦΙΛΩ
ÆR
3
Σ
ΤΑΡ
4
C
Ν
ÆR
ΑΙ
ÆR
5
Α ΘΕ
ΜΗΤ
ΡΟΔΟ ΔΗ.
ΡΟΣ ΜΟΣ.
ΚΑΛ Ε
ΛΙΣ
ΜΕ
6
ÆR
Α ΘΕ
ΧΑ ΗΡΑ
ΡΙ
ΜΕ
ÆR
7
Α ΘΕ
ΠΟΛΕ ΜΩΝ
ΑΛΚΕ ΤΗΣ
ΔΙΟΝΥ
ΣΟΔ
ΣΦ
8
Α ΘΕ
ÆR
9
Α ΘΕ
ΜΗ ΕΠΙ
ΤΡΟ ΓΕΝΗ
ΔΙ ΣΩΣΑΝ
ΔΡΟΣ
ΣΦ
ÆR
10
Α ΘΕ
ΝΕΣ ΤΩΡ
ΜΝΑ
ΣΕ
ΑΣ
Α
ΑΓ

Quemadmodum literati omnes maximas Apelliconi gratias debent ob conſervatos libros optimos, quos non tam ad augendum bibliothecæ ſuæ numerum emerat, quam ad præcavendum, ne diverſas in provincias translati, ac diſtracti perderentur; ita etiam Athenienſes ſcientiarum amantiſſimi nomen illius, qui magni Ariſtotelis opera conſervaverat, in numis ſignare profecto poterant, ut ſe tanti beneficii memores, gratosque oſtenderent. Ipſa Hadriani docti ſane imperatoris reſtitutio facile demonſtrat, Athenienſes ejus philoſophi libros magni feciſſe, nec recuperaturos, niſi repetitis, atque ferventiſſimis precibus inſtitiſſent. Abſurdum itaque eſt exiſtimare, duo hæc nomina eodem in numiſmate conjuncta ad celeberrimum illud factum non referri, ſi autem nunc adlata probantur, nomina hæc non tam magiſtratuum, quam virorum literis, aut aliis dotibus excellentium eſſe dicemus, unde multos alios hujusmodi numos licebit explicare.

XXVII. Caput Palladis.)(In quadrato quodam incuſo noctua, oleæ ramus, & inſcriptio: ΑΘΕ. Numus hic antiquiſſimus inter graviſſimos tetradrachmos recenſendus eſt, utpote adpendens gran. 265 $\frac{3}{4}$.

Finis pecuniæ Athenienſis.

URBES

URBES ET POPULI ATTICÆ.

ÆGINA.

I.

Caput arietis cum monogrammate literas ΑΙΓ. continente.)(Dimidia navis, & inſcriptio: ΑΙΓΙΝΑ. Opus mediocre temporis injurias fere absque damno tulit. *Tab. XXI. N. 6.*

Strabo p. 375. Inſula Ægina inter portum Piræum Athenienſium, & oras Peloponneſi ſita ambitu ſuo 150. ſtadia complectitur, & *Ovid. Meta lib. VII. v. 472.* ejusdem nominis urbem: inclaruit ortu Æaci regis ſui, a cujus matre antiquum Enopiæ nomen deſumſit: maris imperium habuit aliquamdiu, *Strabo.* de illoque poſtea cum ipſis Athenienſibus contendit, uti etiam de victoriæ gloria in bello Perſico poſt pugnam ad Salaminam, ad quam a nullo populo, ſi Athenienſes excipias, tot naves miſſæ ſunt. *Strabo p. 376.* Ephorus apud Strabonem, Phidonem primum in inſula Ægina argenteam pecuniam ſignaſſe dicit, *V. Theſ. Brand. T. I. p. 279.* unde Begerus numum cum inſcriptione: ΦΙΔΟ. inter antiquiſſimas Æginetarum monetas recenſuit.

Nullum adhuc numiſma editum puto cum nomine Æginæ, ut in noſtro, cujus vel ipſum opus remotiſſimam ſapit antiquitatem. Dimidia navis magnam eorum maritimam, ut diximus, potentiam indicat. Caput arietis imperii

rii

rii ſignum eſſe poteſt, niſi eo lanæ copiam, & armentorum abundantiam denotari arbitramur, quibus Æginetæ divitias ſuas, & proinde maritimas etiam vires debebant.

ELEUSIS.

II. Ceres in curru a ſerpentibus alatis vecto d. binas ſpicas, ſ. ſerpentum frena ſuſtinet.)(Intra coronam myrti ſcrofa, & literæ ΕΛΕΥ. *Tab. XXI. N.* 7.

III. A priori vix differt. *Ibidem N.* 8.

IV. Fere ſimilis excepta longiori epigraphe: ΕΛΕΥΣΙ. *Ibidem N.* 9.

V. Etiam ſimilis prioribus, ſi clavam, cui ſcrofa, ut in numo VI., inſiſtit, adjeceris; in hoc tamen infra clavam ramus quercus cum glande adeſt. *Ibidem N.* 10., 11. Nec numus VII. aliquid differt, niſi ſpicea corona perfectiore, quam in aliis. *Ibidem N.* 12. Omnes autem hæ monetæ bene ſunt conſervatæ.

Quanquam ſex hi numi admodum parvi totum urbis nomen non ceperint, & urbium complurium nomina iisdem literis incipiant, attamen mihi ex ſolo typo clare adeo elucere videtur, eos ad Eleuſin, parvum Atticæ oppidum, pertinere, ut id argumentis conſtabilire cenſeam ſuperfluum. Eleuſis a ludis, ceremoniisque in honorem Cereris ibi ab Athenienſibus celebratis, adeo olim inclyta fuit, ut ipſi deæ Eleuſiniæ nomen daret. Meurſius horum feſtorum myſteria adeo fuiſſe ſecreta dicit, ut illa revelanti capitale immineret ſupplicium; nec ego eadem deſcribendo patefaciam, cum præſertim hic ipſe autor, Pauſanias, aliique id abunde præſtiterint. *Meurſ. Eleuſinia.*

V. Athen. num. XXXI. Cereris jam meminimus, quæ curru ſerpentibus juncto Proſerpinam filiam a Plutone raptam ubivis gentium quæſivit ; alii tamen aliter hanc ipſam fabulam narrant : a Rharo ſcilicet Celei patre, avoque Triptolemi peregrinantem Cererem hoſpitio exceptam eſſe, hanc vero gratam ferendarum frugum artem nepoti detexiſſe, atque proprium currum draconibus junctum conceſſiſſe, quo etiam uſus eſt, ut per univerſum orbem doceret agriculturam, dum ante agris Rhari avi, a quo nomen etiam tulerunt, ſeminis beneficia præ aliis impendiſſet.

Numos jam aggrediamur, quorum primus admodum eſt rarus : antica Cereris fabulam, inſcriptio nomen urbis, ſcrofa ſacrificium, in quo Cereri immolabatur hoc animal, antequam quis ad ejus myſteria admitteretur, corona myrti poſticam circumdans ſertum indicat, quod geſtare debebant, qui his myſteriis initiari petebant - - - - II. III. VI. priori fere ſimiles ſunt, niſi quod corona non ex myrto ſed ex ſpicis contexta eam referat, qua ornari ſolet Ceres. Scribit Pauſanias *in Atticis.* in his ludis victorem coronatum fuiſſe hordeo, quod in Rhariis campis naſcebatur, & ſcrofam ideo Cereri immolatam, quod frugibus noxia eſſet - - - - IV., & V. clavam inſuper habet, & quernum ramum, quæ ad Herculem referuntur: minora ſane feſta potiſſimum ad Herculem pertinent, ejus enim, qui, utpote advena, ad majora Eleuſinia admitti non poterat, gratia inſtituta, & in parva Atticæ urbe Agra haud procul Athenis celebrata ſunt. Meurſius Eleuſiniorum myſteriorum autorem Erichthonium, alii Cererem &c. volunt. Doctor Potter narrat *Archæolog. Græca.* Herculem, Caſtorem, & Pollucem antea ad hæc feſta


1
Α ΘΕ
ΔΙΟ ΤΙ ΜΟ ΝΙ
ΜΑ ΓΑΣ ΚΩ
Ζ
ΠΣ
Æ
2
Α ΘΕ
ΔΗ ΑΣ ΚΑΛΛ ΚΡΑΤΙ ΔΗΣ
Μ
Ε
Æ
3
Α ΘΕ
Æ
4
Α ΘΕ
ΑΠΕΛ ΚΩΝ ΑΡΙΣ ΤΟΤΕ ΛΗΣ
ΛΙ
Κ
Æ
5
Æ
6
B Æ
ΑΙΓΙΝΑ
7
ΕΛΕΥ
A
Æ
8
A
Æ
ΕΛΕΥ
9
A½ Æ
10
ΕΛΕΥΣΙ
B
Æ
11
ΕΛΕΥΣΙ
B
Æ
12
ΕΛΕΥΣΙ
A
ΕΛΕΥΣΙ

ſta admitti non potuiſſe, quam jus civitatis Athenienſis obtinuiſſent.

TABVLA XXII.

BOEOTIA.

VIII. Caput Minervæ.)(Tropæum cum epigraphe: ΒΟΙΩΤΩΝ. *Tab. XXII. N.* 1.

Occaſionem extructi a Bœotis tropæi, aut cuſi hujus numi tempus determinare non audeo; ut aliquid tamen in medium proferam, dicam hocce numisma eo tempore percuſſum videri, quo Thebani magno Epaminonda duce Lacedæmonibus numero multo ſuperioribus ad Leuctra Bœotiæ urbem fuſis, Cleombroto eorum rege cæſo, tropæum fortitudinis ſuæ monumentum erexerunt. Cicero (eo tempore, quo excitandorum tropæorum mos jam obſoleverat) *Cic. in Piſon.* Thebanos accuſatos meminit erecti de Spartanis tropæi, quia forſan non niſi de barbaris victis ea conſtituere conſuetum erat. Quanquam autem Thebani fuerint, qui Lacedæmonios vicerint, tropæumque ſtatuerint, probabile tamen eſt Bœotos in numis eam victoriam ſignaſſe, quæ intra eorum fines relata, totam regionem ab hoſtili impetu liberaverat.

Alia quoque ſe offert victoria, quæ ſimile mereri poterat tropæum, cum ſcilicet Athenienſes victis ad Oenophyta Bœotis, ſubjugata Bœotia, & Phocide, Chæronea, quam illis Bœoti exules ademerant, recuperata, ejus in-

 colas

colas domum in captivitatem abripientes, in exules Euboicos inciderunt, qui cum Locris Oropenſibus, & Bœotorum exulibus Orchomeno eruptionem fecerant: cum quibus inito prælio cæſi Athenienſes, quæ occupaverant, brevi amiſerunt. Quare Bœoti cum aliis in ſuam regionem reducibus priſtina vivendi ratione, propriisque legibus poſthac uſi ſunt.

Thucyd. lib. I.

Attamen idem Thucydides anno octavo belli Peloponneſiaci refert a Bœotis Tanagræ collectis, conſilio Pagondæ Thebanorum ducis, & Ariarantidis Lyſimachi filii, qui per vices exercitui præerant, Athenienſes, qui capto Delio, Hippocrate duce, receptui canebant, adgreſſione facta victos, fugatosque, atque propterea tropæum erectum eſſe. Si itaque numus noſter hac occaſione, ut puto, cuſus fuit, 2125. annorum ætatem jam ſuperat, cum id Olymp. LXXXIX. anno A. X. 421. contigerit.

Thucyd. lib. IV.

XI. Caput Jovis, aut Neptuni.)(Neptunus ſtans d. genu innixus, pedem navis proræ imponit, ſiniſtra tridentem tenens: epigraphe: ΒΟΙΩΤΩΝ. *Tab. XXII. N.* 2.

X. De hoc numo aliud nihil commemorandum habeo, niſi quod per ſeſe patet, ad Neptunum ſcilicet referendum & a Bœotis percuſſum eſſe.

Caput Apollinis.)(Idem typus, qui in ſecundo. Numum a Begero cælatum, explicatumque inveniet lector. *Tab. XXII. N.* 3.

Theſ. Brand. d. T. I, p. 472.

XI. Caput Apollinis; ut arbitror.)(Scutum Bœoticum, inſcriptio nulla. *Tab. XXII. N.* 4.

De ſcuto Bœotico vide laudatum Begerum.

Ibid.

XII.

XII. Caput barbatum, forſan Neptuni.)(Figura chimæræ ſimilis, utpote compoſita ex parte equi inferiori, cui barbatum caput eſt affixum, & ex Tritone, qui concha marina canit, & duarum caudarum alteram poſt ſe, alteram ante ſe retorquet, qua tridentem retinet: inſcriptio: ΒΟΙΩΤΩΝ. *Tab. XXII. N.* 5.

Numus hic non typi ſolum raritate, verum etiam explicationis difficultate inſignis Neptuno omni ex parte adſcribendus videtur. Begerus numum Bœoticum protulit (quem ipſe poſſideo) habentem in adverſa caput Apollinis Iſmenii, ut vocat, in averſa Neptuni imaginem; addiditque Bœotos Neptuno, Cereri, & Apollini admodum devotos fuiſſe, meus autem VIII., & XIV. numus Minervam etiam ab iis adoratam eſſe demonſtrat. Neptunum autem ideo forſan coluerunt impenſius, quia eorum regio a diverſis maribus adluebatur, & Bœotius, a quo nomen ducebant, Neptuni ex Arne filius credebatur. *Theſ. Brand. Tom. I. p. 472.*

Quid de hoc numo dicam, me neſcire fateor ingenue, niſi Neptuni cultum, ut evidens eſt, deſignari. Equus ſane ad eum refertur, unde Poſidonii nomen eſt. Triton item, & tridens, ejusque dei caput id confirmant. Eques Georgius Wheeler in ſuis itineribus Bœoticum numum prodidit, in cujus averſa centaurus tridentem tenet. In jaſpide quodam rubro, quem habebam, inſculptus erat dimidius equus marinus alatus, in cujus pectore barbatum caput, a tergo delphinus conſpicitur. Sardam præterea teneo, in qua integer equus marinus, pariter alatus, cum cauda piſcis comparet, infra quem tridens. Quamvis au- *Sigillum hocce perdidi quidem, ſed ejus imaginem etiamnum conſervo.*

tem ænigmaticæ hæ figuræ in gemmis frequentiores ſint, quam in numis, attamen nunc adlatas ad Neptunum ſpectare, & ei, quæ in noſtro numismate cernitur, aliquomodo conſentaneas eſſe quis non videat?

Quamvis nihil de hoc ſymbolo decernere velim, eruditos tamen interrogare licebit, an hæc chimæra Iſthmicos ludos indicare non poſſet, ad quos omnis nationis homines admittebantur? Dum hi ludi, a Neptuno in honorem Melicertæ inſtituti, celebrabantur, juvenes clangebant tubis, canebant tibiis, aliisque muſicis inſtrumentis adventantem, ut putabant, Neptunum pro dignitate excepturi: concertabatur in his feſtis curſu equorum curribus junctorum, muſica, poeſi &c.

V. Spanheim epiſt. I. ad Morelium.

An noſter numus occaſione alicujus a Bœotis in his ludis relatæ victoriæ cudi non poterat? Sane P. Harduinus *lib. de numis populorum, & urbium &c.* numum Tanagræ profert, qui altera ex parte ſcutum Bœoticum, ex altera dimidium equum cum corona oleagina circa collum, & literas TA exhibet, quem victoriæ curribus reportatæ indicium facit.

An idem chimæra ſignificare non poſſet? Dimidius certe equus ad eos ludos, Triton buccinator ad tubarum cantum, caput tandem Neptuni, & tridens ad opinionem adventuri numinis, aut ad ipſam ludorum inſtitutionem referri poſſet.

XIII. Scutum Bœoticum.)(Tridens, & inſcriptio: BOIΩTΩN. *Tab. XXII. N. 6.*

Nu-

Numus hic Neptunum in Bœotia cultum oſtendit: ſcutum, quod adtinet, laudatus Begerus legatur; id enim ſolum adfero, quod ex meis numis adparet, ſcutum ſcilicet iſthoc frequenter in Bœotica pecunia, aut ſubditarum urbium, uti Thebarum Platæarum, Orchomeni fuiſſe ſignatum.

XIV. Caput Apollinis obverſum, & alia duæ eidem ex parte adjectæ facies, quarum una nonniſi inverſo numo cerni poteſt.)(Minerva ſtans cum haſta, & ſcuto: epigraphe: BOIΩTΩN. *Tab. XXII. N. 7.*

Numisma iſtud cultam a Bœotis, ut diximus, Minervam etiam patefacit.

THEBÆ.

XV. Caput juvenile cum ſingulari ornatu.)(Pharetra, ex cujus parte altera Θ quadratum, ex altera vero galea. *Tab. XXII. N. 8.*

Numus hic antiquiſſimus eſt. Θ quadratum Thebas denotare videtur, quod ſi admittatur, caput anticæ Cadmum ejus urbis fundatorem referre poterit. (mm)

XVI. Caput Herculis juvenis pelle leonis involutum.)(Clava, vas, e quo eminent rami palmæ, & inſcriptio: ΘHBAI. *Tab. XXII. N. 9.*

Nu-

(mm) Plura de hoc numo diſſeram in adpendicula ad numos urbium, & populorum Geſneri ad calcem hujus tomi adjicienda, quo lectorem remitto.

Numiſmatis hujus averſa referenda videtur ad ludos in honorem Herculis celebratos, quem plurimi a Thebanis factum novimus, quemque Thebis natum ſuſpicor.

PLATÆÆ.

XVII. Scutum Bœoticum.)(Intra cavitatem numi obverſum caput Junonis, credo, margaritis, inauribus, monilique ornatum: epigraphe: ΠΛΑ - - - - Pondus eſt gran. 40¼. *Tab. XXII. N.* 10.

Pulcherrimi hujus numi ſcutum, & cavitas ad Bœotiam, literæ ΠΛΑ. ad urbem Platæas ipſum numiſma pertinere aperte oſtendunt. Erat hæc urbs Bœotiæ percelebris, ob cladem, quam Perſis a Mardonio ductis Græci auſpiciis Pauſaniæ Spartani, & Ariſtidis Athenienſis intulerunt, clariſſima, & ab Junonis Cithæroniæ tutelari numine illuſtris, de qua quidem dea hæc fere a Plutarcho, aliiſque accepimus. *Plutarch. in Ariſtid.* Cum Juno, irata Jovi, ſe ab eo ſeparaſſet, & in inſulam Eubœam recepiſſet, is reconciliari cupiens, Cithæronis earum regionum ſapientia clari principis conſilio, ſtatuam quernam velo tectam curru a bobus vecto circumduxit, proclamando ſimul eam eſſe Platæam Aſopi filiam, futuram ſibi conjugem. Tum Juno hæc in Eubœa audiens timore una, & furore perculſa ad fatalem properat currum, novæque, ut putabat, uxoris velum ultrici manu abſtrahit: at omnem præter expectationem, non niſi inanime reperiens ſimulacrum, Jovi læta reconciliatur, cui novæ conjugis inſtar fuit, atque inde *Junonis Sponſæ* nomen abſtulit. Hac itaque occaſione Platæas fundatas, & in

ejus


1
B 1/2
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
2
B
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
3
B 1/2
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
4
B
Æ
5
B
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
6
A
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
7
B
Æ
ΒΟΙΩΤΩΝ
8
B
Æ
9
1/2
Æ
ΘΗΒΑΙ
10
A
ΓΛΑ
Æ



ejus facti memoriam ſignum *Junonis Deſponſæ* effictum, ac Dædala feſta, quæ a ligneis ſtatuis nomen habebant, celebrata fuiſſe opinor.

Juno Deſponſa eo certius in antica noſtri numi repræſentari mihi videtur, quo velo non tegitur, ut olim uxores tectas ſcimus præſertim ex numis inſulæ Sami, in quibus Juno Pronuba matrimoniorum præſes velo obducitur. Singularem habeo numum Herenniæ Auguſtæ, quem a Samiis ob ejus cum Decio matrimonium cuſum fuiſſe puto, ex altera enim parte caput illius & nomen, ex altera Concordia ſ. cornu copiæ, d. Junonis Samiæ in veſte nuptiali ſigillum tenens, & inſcriptio: CAMIΩN. conſpicitur.

Ad cælatum numum redeo, cui ſimilem nec ipſe unquam vidi, nec ab alio viſum eſſe audivi; Juno exhibetur pretioſis veſtibus induta, ornataque ſingulari corona, margaritis multis &c. Numiſma vero iſtud antiquiſſimum eſſe quis negaverit, quum Platæas a Thebanis dirutas legamus Olymp. CII. anno 370. A. X.? Quamvis autem ab Alexandro M. reſtituta fuerit, nunquam tamen priſtinum recuperavit ſplendorem, nec ejusmodi pecuniam, ut eſt veriſimile, percuſſit amplius. Inſignis vero conſervatio, artificium excellens cum ipſum numi pretium augent maxime, tum mea me in ſententia confirmant ita, ut pro certo habeam eum cuſum fuiſſe ante deletas a Thebanis ſoloque penitus æquatas Platæas, in quarum locum, teſte Thucydide, diverſorium ſucceſſit prope templum Junonis in formam circuli, cujus diameter 200. pedum erat, extructum, ingen-

ingentem cubiculorum cum inferiorum, tum ſuperiorum numerum complexum.

TABULA. XXIII.

ORCHOMENUS *Bœotiæ urbs.*

XII. Scutum Bœotium.)(Literæ: OPX. *Tab. XXIII. N.* 1.

Orchomenus celebris urbs, etſi olim in Bœotia poni non fuerit ſolita, a Strabone tamen, & Pauſania Bœoticas inter urbes numeratur, & deſcribitur, de qua quidem illud unum adferam, me alium nullum ejusdem numum vidiſſe, aut ab aliquo memoratum legiſſe, atque ita Bœotiæ continentem ad inſulam transfretans relinquo.

CHALCIS *urbs Eubœæ.*

XIII. Caput &c.)(Aquila ſtans cum ſerpente pugnat: inſcriptio: XAΛKI. MENEΔH. - - - . Opus eximium bene conſervatum. *Tab. XXIII. N.* 2.

Theſ. Brand. Tom. I. p. 428.

Begerus numum produxit, quem inter meos habeo, cujus antica noſtræ ſimilis eſt, poſtica vero aquilam volantem cum ſerpente congredientem exhibet. In meo autem numo typus ab eo aliquantum quidem differt, & nomen inſuper magiſtratus, credo, adeſt: ad eum tamen explicandum, ſufficiunt ea, quæ hac ſuper re diſſerit eruditus autor.

NISY-

NISYRUS *Inſula.*

XIV. Caput Veneris tutulatum.)(Neptunus inſidens ſcopulo tridentem dextra tenet: epigraphe: ΝΙΣΥΡΙΟΝ. ΙΜΕΡΑΙΟΣ. A perito artifice elaboratus numus nihil fere temporis diuturnitate deperdidit, pondusque gran. 47¼. conſervavit. *Tab. XXIII. N.* 3.

Niſyrus inter Cyclades inſula Græcos Trojam obſidentes juvit, teſte Homero apud Stephanum, eisque una cum Caſo, & Carpatho triginta naves ſubmiſit, addit præterea Polyboten gigantem, fulmine percuſſum ab Jove, ſe mari injeciſſe, ut natando effugeret, iratumque Neptunum tridentem, ſed fruſtra, in eum contorſiſſe; nam pro gigante percuſſa terra *, atque diſrupta Niſyrum inſulam efformavit, quæ Porphyris dicta eſt a *Purpuris.* Inſulam hanc Strabo infra Cnidum ponit, & alibi 60. ſtadiis a Telo, & Co diſtare adfirmat: anguſta ceterum, alta, & ſaxoſa ingentem lapidum molarium numerum vicinis vendebat: urbem ejusdem nominis, portum, balnea, & templum Neptuni ambitu ſuo, qui 80. ſtadia patet, complectebatur: quibusdam aliis vicinis minoribus inſulis, uti etiam uni ex quatuor Carpathi inſulæ urbibus, nomen dedit. In notis ad Stephanum Artemiſia Lygdamis filia regnaſſe dicitur in Halicarnaſſo, Co, Niſyro, & Calydno, teſte Herodoto *lib. VIII.*, & Niſyri vinum admodum laudatum eſſe ab Euſtathio, Dionyſioque. Obſerva meo in numismate nomen ΝΙΣΥΡΙΟΝ. per O, & non per Ω eſſe ſcriptum, quas quidem literas viciſſim aliquando commutatas eſſe docet Span-

* Chous inſula hæc erat, ſi Straboni credimus, atque aliqua ſui parte inſulam Niſyrum effecit, infra quam jacebat gigas,

De uſu. & præſt. num.

Spanhemius. IMEPAIOΣ. autem nomen eſt magiſtratus Græcis frequens.

Venus, quæ e mari nata dicitur, numo hujus inſulæ optime convenit. Neptunus vero cum tridente inſidens ſcopulo anguſto, alto, horridoque, ſpeciem præruptæ inſulæ a Strabone deſcriptæ referenti, ſuam de Polybote victoriam indicare videtur.

Cum hic numus unicus ſit, neque alius, quod ſciam, ejusdem inſulæ editus unquam fuerit, eum lectori jucundum, etiamſi ad Atticam non pertineat, fore confido.

XV. Caput muliebre.)(Noctua expanſis alis, & literæ quædam dubiæ. Numu hic argenteus adpendit grana. 84½. *Tab. XXIII. N* 4.

An numum hunc Athenis ob impreſſam noctuam adſcribam, ideo dubito, quod literæ detritæ videantur eſſe APΓ., & proinde Argos denotare, quod ſi eſſet, anticæ caput Junoni tribuerem: cum hæc autem incerta ſint, plura non addam, ſed commentationi huic meæ in Athenienſium, & aliquorum iis ſubjectorum populorum, urbiumve numos finis eſto.

Finis tractatus de numis Athenienſibus

Ill[mi]. Comitis de Winchilſea.

Equi-

Equitis Roberti Abdy.

Caput Minervæ galeatum.)(Ceres in curru a duobus ſerpentibus vecto, & epigraphe: ΑΘΗΝΑ. Opus bonum nihil pene detritum ætate. *Tab. XXIII. N.* 5.

Numum hunc Athenienſem rariſſimum hoc loco retuli, ne aut eum penitus omittere, aut ſeriem Ill^mi^. Comitis de Winchilſea abrumpere cogerer; eum tamen diutius diſſerendo perſequi non eſt neceſſe, cum ſimilis fere typus & in numis Eleuſiniis, & alibi multis fuerit explicatus.

Duo, tresve numi Græcarum urbium, & populorum adduntur, ut eo magis eluceat methodus, quam in ſequentibus tomis hos deſcripturus obſervabo.

AGRIPPIAS.

Ill^mi^. Comitis de Winchilſea.

I. Caput muliebre tutulatum, veloque tectum.)(Prora navis & inſcriptio: ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. Numiſmatis conſervatio optima, vernix nigra, opus vero rude. *Tab. XXIII. N.* 6. Simile numiſma poſſidet Eques Hans-Sloane, quod nova antiquarium regnum urbe auget.

Duæ ſunt Agrippiades, at neutra admodum clara, altera in Bithynia, cujus ſolum nomen Plinius reliquit, altera in Judæa, cujus meminit Joſephus Hebræus: *Movit*, inquit, *in maritima loca Raphiam, & Anthedonem, quam po-* *Ant. Jud. lib. XIII. c. 21.*

 ſtea

ſtea rex Herodes Agrippiadem nominavit; nam & ipſam vi, & armis cepit. Et alio loco de ædificiis Herodis loquens: *Reſtauravit & Anthedonem in maritimis, bellis vaſtatam, eamque Agrippiam nominari juſſit.* Fabrica ipſa numum ad ſecundam hanc Agrippiadem in Judæa referendum eſſe oſtendit, & navis prora confirmat, maritimam urbem indicans; alia quippe in Bithynia, a mari remota ſit oportet, cum littoralibus provinciis a Plinio dicatur cingi. Urbem hanc Herodes, ut diximus, reſtauravit, & Agrippiadem in M. Agrippæ ſibi familiariſſimi memoriam adpellavit, cujus etiam nomen ſupra portam templi ibidem erecti poſuit, teſte Joſepho, qui Herodem iactare ſolitum fuiſſe ait, in Auguſti amicitia ſe Agrippæ ſoli, in Agrippæ familiaritate ſoli Auguſto cedere.

Bell. Jud. lib. I. c. 16.

Bell. Jud. lib. I. c. 16.

Hinc arguo, caput illud velo, & mitra ornatum Liviæ Auguſti uxoris, cui Herodes multa extruxerat templa, eſſe poſſe, quod confirmat ejus ſimilitudo, ſi laborem rudem excipias, cum aliis ejusdem numis ſub nomine *Juſtitiæ, Salutis, Pietatis* &c. At cur non potius hoc in numo Juliam Auguſti filiam, & M. Agrippæ uxorem depictam cenſeamus? Quid enim probabilius, quam Herodem in moneta ejus uxorem ſignaſſe, a quo reſtitutam a ſe urbem nominaverat? Nonne Auguſto, & Agrippæ viris amiciſſimis gratiſſimum quid præſtitiſſet? Verum hæc lectoris arbitrio relinquo.

DAR-

DARDANUS.

Ill^mi. Comitis de Winchilſea.

II. Vir armatus inſidet equo.)(Gallus pugnantis ſitu pedibus tenet ariſtas: inſcriptio: ΔΑΡΔ. Moneta hæc bene quidem conſervata, ſed a mediocri manu eſt exſculpta. *Tab. XXIII. N. 7.*

Dardanum Troadis urbem, primum Teucrim dictam, a Dardano ædificatam memorat Stephanus Byzantinus, maritimam facit Plinius, ab Abydo 70. ſtadiis diſtare facit Strabo, Ammianus Marcellinus Achillem ibi, Abydi Ajacem ſepultum teſtatur. *V. Steph. de urbibus.*

Equitem anticæ Dardanum urbis conditorem habeo. Numus autem ipſe unicus eſt, quem viderim hactenus, qui, dum ab his populis pugnantes gallos monetæ impreſſos fuiſſe docet, ſententiam Julii Pollucis apud Harduinum, & Cambdeni confirmat, paucos enim horum populorum numos habemus, & eos quidem ſub Auguſtis cuſos typo diverſo a noſtro, ut ex Græcis Vaillantii, & ex laudato Harduino elucet. Dardanos igitur a pugnis gallorum celebres fuiſſe oportet, & inde forſan idem mos Romam manavit, ex his enim ludis fatales Caracallam inter, & Getam, vivente etiam Severo, diſcordias fuiſſe exortas autor eſt Herodianus. Spicæ, meo ſaltem judicio, frugum his in regionibus abundantiam, fabrica vero remotiſſimam numiſmatis antiquitatem indicat. *Jul. Poll. lib. IX. c. 6. Hard. Num. Ant. p. 49. Edit. fol. Cambden. tractatu de moneta in fragmentis. Herodian. lib. III.*

DIO-

DIOSCURIAS.

Equitis Roberti Abdy.

III. Dioſcurorum pilei aſtris imminentibus.)(Meta, & inſcriptio: ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΔΟ. Numi opus rude quidem, ſed conſervatum optime, atque admodum prominens. *Tab. XXIII. N.* 8. Urbs hæc antiquarios latuit adhuc.

P. Mela lib. I. c. 19. En quid de Dioſcuriade meminerint autores: Pomponius Mela ait: *In Heniochorum finibus Dioſcurias a Caſtore, & Polluce Pontum cum Jaſone ingreſſis condita eſt.* Ptolemæus, Arrianus, & Stephanus Sebaſtopolim tardius nominatam volunt, negat Plinius eadem oppida diſcernens, additque, Dioſcuriadem Colchorum urbem ad Antemuntem fluvium *Plinius lib. VI. c. 4. & 5.* adeo fuiſſe celebrem, ut Timoſthenes memoriæ prodiderit, trecentas ibi diverſi idiomatis nationes inveniri, & a noſtris commercium exerceri per centum triginta interpretes; ſubjungit vero Plinius, eam ſua ætate deſertam fundatores habuiſſe, ex aliquorum ſententia, Amphitum, & Telchium Caſtoris, & Pollucis aurigas, a quibus immanis ipſa Heniochorum gens originem ducit. Ammianus Marcellinus eam *Am. Marc. lib. XXIII. c. 15.* urbem a Spartanis ædificatam ſuis etiam temporibus floruiſſe dicit. Plinii commentator Amphiſtratum pro Amphito legendum eſſe adfirmat. Appianus Alexandrinus Mithra- *Plin. p. 817. apud Hackios.* datem a Pompejo victum Dioſcuriadem fugiſſe ſcribit, quam in memoriam itineris Caſtoris, & Pollucis cum argonautis *App. Alex. Bell. Mithrid.* ædificatam cenſet ex ipſa Colchorum ſententia.

Pilei

Pilei cum ſtellis ſignati altera ex parte numismatis eorum ſtabiliunt opinionem, qui Dioſcuriadem a geminis Ledæ filiis conditam volunt. Fabrica antiquiſſimum numum prodens, & Plinius eam urbem ſua ætate dirutam adfirmans, monetam hanc ante tempora Mithradatum Ponti cuſam fuiſſe, perſuadent.

Meta ludos denotat Circenſes, quos in honorem Dioſcurorum inſtitutos fuiſſe teſtatur Hildebrandus vocabulo *Meta,* quare eos Dioſcuriade etiam celebratos eſſe perquam eſt probabile.

ROMANI IMPERII
NUMISMATA.

Primam Muſei Numarii partem paucis quibusdam numis ſub imperatoribus cuſis, iisque hactenus non editis corono, ut horum ſpecimen exhibeam, majore numero in ſequentes reſervato, ubi commodius autotypis ſimillimæ, ut in proœmio ſpopondi, imperatorum effigies æri inciſæ repræſentabuntur. Lectori autem parvam hanc collectionem non injucundam fore ſpero, cum inſignes quosdam complectatur numos, cujusmodi eſt Sulpitius Antoninus Auguſtus, qui ſub Valeriano vixit, antiquariis hactenus incognitus, & pene etiam hiſtoricis.

Ill^mi. Comitis de Winchilſea.

I. Caput Julii Cæſaris cum inſcriptione: CARTEIA.)(Neptunus ſtans tridentem tenet, ſiniſtro pede proræ navis impoſito. Conſervatio optima, ſed fabrica mediocris. *Tab. XXIII. N. 9.*

Carteja urbs erat maritima Hiſpaniæ Bæticæ ad fretum hodie dictum Gibraltariæ ab Hercule fundatore Heraclea dicta, ſeu Melicarteſia, cum Hercules Melicarthus etiam, & Melicertus fuerit adpellatus, teſte Bocharto; Cetraria quoque fuit nominata a cetratis cohortibus. Ad hanc urbem Cæſar Dictator IV. adegit confugere Sextum Pompejum ad Cordubam cæſum, eandemque, jure civitatis Romanæ donatam ſubinde coloniam conſtituit, ut ex ſequenti numo adparet, unde ab Auguſto, eam novis, ut dicemus, incolis frequentante, Juliæ Traductæ nomen accepit.

Geograph. ſacra. p. p. 709.
Hirtius, & Dio. Caſſius lib. XLIII.

Neptunus averſæ, ſiniſtra tridentem, dextra delphinum forſan ſuſtinens, pedemque proræ navis imponens maritimam cum portu urbem declarat.

Ejusdem.

II. Delphinus cum pertica transverſa, & epigraphe: CARTEIA.)(Temo, & literæ: IV. VIR. D. D. Vix ita conſervatum numum invenies. *Tab. XXIII. N.* 10.

Cartejæ ſuperius jam meminimus, delphinus vero Neptuni, qui maritimam urbem denotat, eſt adtributum. Inſtrumentum transverſum perticam eſſe puto ferro armatam, a Latinis *contum* dictam, qua nautæ aquæ profunditatem explorabant, & minores naves pro remis etiam utebantur, quare forſan noſtri numi pertica parum aquæ in aliqua portus parte fuiſſe indicat, ut eo facilius parvæ naves poſſent introduci. Temo autem averſæ oſtendit portum eum alia ex parte majores quoque naves ita admiſiſſe, ut utriusque generis navigiis eſſet peropportunus.

IV.

IV. VIR. DD. *Quatuorviris Decreto Decurionum.* Hæc inſcriptio numum Julii Cæſaris ætate cuſum fuiſſe docet, cum Quatuorviris ab eo conſtitutis Triumviros ſubſtituerit Auguſtus: de his vero multa, quæ dicenda forent, jam omitto.

NB. Coloniam hanc eſſe unicam, quam viderim cum IV. VIR.

Alium Cartejæ numum mihi aperuit D. Benedetti, qualem Auguſtini edidit etiam: in antica ſignatum eſt caput Cybeles turritum, & epigraphe: CARTEIA; in poſtica vero Neptunus cum Delphino, & tridente pedem proræ navis, ut in noſtro primo, imponit, ſed ſolæ literæ D. D. conſpiciuntur.

Cum Cybele, nonniſi in numis præcipuarum urbium, comparere ſoleat, veriſimile videtur Cartejam Hiſpaniæ Bæticæ fuiſſe metropolim (nn) quod tamen, cum neque ex geographis, neque ex hiſtoricis, utpote obſcuris, & dubiis hac ſuper urbe, quæ & nomina habuit plura, & ea mutavit ſæpius, erui poſſit, longiori dignum foret commentario argumentum.

TABULA XXIV.

Equitis Hans Sloane.

III. Caput Jovis laureatum.)(Delphinus, & epigraphe: QPEDECAI. CARTEIA. Mediocrem fabricam

 -con

(nn) Qui omnia turrita, & velata mulierum capita Matri Deum adtribuerit, næ ille geographiam metropolibus impleverit; Genium urbis hic typus deſignare ſolet hodiernis antiquariis.

conſervatione optima ſupplet numus, cui ſimilis in muſeo D. Wren conditur. *Tab. XXIV. N.* 1.

Rariſſimum numum hoc loco refero, cum quia ad Cartejam pertinet, tum quia ad Cæſarem, & Auguſtum aliquomodo refertur.

Inſcriptionem: QPEDECAI. CARTEIA. ita lego: *Quintio Pede Colonia Auguſta Julia Carteja.* Ne miretur lector, titulum Auguſti nomini Cæſaris præponi, hic enim titulorum ordo non nunquam occurrit, ut in numo Veſpaſiani: *Colonia Auguſta Julia Philippenſis &c.* Cum autem Carteja, teſte Strabone, etiam *Joza*, id eſt, juxta Bochartum, *Traducta* fuerit nominata, ſic quoque legi poſſet: C. A. I. *Colonia Auguſta Joza*: at barbarum vocabulum hic intruſum eſſe non exiſtimo.

V. Vaillant. in Colon. p. 132.

Caput Jovis laureatum, in numis coloniæ Romanæ pro capite Jovis Capitolini eſt accipiendum. Averſam hujus numiſmatis partem ſuperius jam explicuimus.

Plura ſunt, quæ numum hunc inſignem reddunt: Imprimis nusquam adhuc editus eſt, cumque careat punctis, difficillimam habet lectionem. Dein illuſtrem virum Romanæ familiæ Pediæ revelat, atque iterum declarat verum autoris ejus familiæ nomen, & cognomen. Dubia etiam a Vaillantio circa hoc cognomen injecta tollit, illudque a Pede, & non a Pedo derivari manifeſtat, atque probabili conjecturæ, campum aperit, Quintium *Pede*, aut *Pedem* forſan ab inducta Romani pedis menſura dictum, ejus familiæ autorem fuiſſe, inſuper Q. Pedium Coloniæ Cartejæ præfectum diſtinguit a Q. Pedio Julii Cæſaris ex ſorore ne-

Famil. Roman. Tom. II. p. 216.

Bell. Civil. lib. V. p. 671.

nepote, qui, cum ejus in Hiſpania legatus, victis Pompeji filiis, triumphum obtinuiſſet, atque conſul ſubinde cum Octavio, ejusque cohæres fuiſſet, ad vilius ſane munus ſe nequaquam demiſerit. Præterea Pedius hic, juxta Appianum, Romæ mortuus eſt conſul, dum compeſceret ſeditionem, paullo antequam Romam venirent Triumviri, id quod ex Dionis ſententia cum anno 712. V. C. congruit, quo Octavianus Auguſti nomen, quod nondum habebat, Carteiæ indere non poterat. Quare numum hunc percuſſum arbitror poſt annum 727. V. C., quo Auguſtus in numis ſignari cœpit. Hæc inſuper ſingularis moneta Strabonis narrationem de Carteja ab Auguſto novis colonis frequentata confirmat.

Edit. Griph. Dio lib. XLVII.

V. Medio-barbam. V. Vaillant. colon. lib. I. p. 46.

D. Wren.

IV. AVGVSTVS. DIVI. F. Caput juvenile Auguſti nudum.)(Intra faſciam, ſeu diadema regium: REX. PTOL. & circa illud: C. LAETINVS. APALVS. II. V. Q. Numus hic medii æris eſt conſervationis eximiæ, boni operis. *Tab. XXIV. N.* 2.

P. Harduinus in hiſtoria Auguſta numum hunc ita legit: *Lætitio Apalo Duumviro Quinquennali*, & pluribus explicuit. Similem refert Patinus, ſed ita detritum, ut nomen magiſtratus legi non poſſit. In hoc vero numo omnia pene intacta ſunt præter literas I, & N vocis *Lætinus*, quæ ob ruptum metallum adeo dubiæ adparent, ut I. paullulum incurvum pro O, & N pro I accipi poſſet, etſi ego eo, quo cælavi, modo legendum eſſe cenſeam.

p. 698. edit. in fol. Patin. imp. ex ære med. p. 33.

Numum hunc ad Ptolemæum filium Jubæ Mauretaniæ regis referendum eſſe certiſſimo adfirmant, eumque explanant Patinus, & Harduinus a lectore conſulendi, quorum opinioni ipſe accedo.

Ill^{mi}. Comitis de Pembrock.

V. TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVST. IMP. Caput Tiberii nudum.)(Caput Agrippinæ majoris M. Agrippæ filiæ, matris Caligulæ, uxoris Germanici cum inſcriptione: AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. Primæ formæ numus ſatis integer, conflatus ex ære flavo, & ab ærugine quadam antiqua aliquantum corroſus. *Tab. XXIV. N.* 3.

Unicum hunc numum merito omnis antiquarius admirari debebit, cum in eo Tiberii, & Agrippinæ ſibi infenſiſſimorum capita conjuncta videat, de ejus tamen antiquitate dubitare poterit nemo, quem genuinum agnoverunt rei numariæ periti omnes.

Verum dubium illud evaneſcet ſubito, ſi conſideremus, Agrippinam a filio Caligula poſt mortem Auguſtam fuiſſe adpellatam, & ab eo ſolo poſt aditum imperium numis conſignatam. Inſcriptio: *Agrippina Marci Filia Mater Caji Cæſaris Auguſti:* numum a Caligula percuſſum oſtendit in honorem Agrippinæ, ex qua natus, & Tiberii, a quo adoptatus, & ad thronum evectus fuerat; nam ambo, etſi internecinis diſſiderent odiis, in eo tamen convenerant, ut Cajo Cæſari dicto Caligulæ ſtuderent, qui quamvis peſſimus imperator, cum obſtrictum utrique pluribus titulis animum

pre-

premere non poſſet, eum poſteritati hoc numiſmate voluit manifeſtare.

D. Wren.

VI. ΓΑΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ . . . . . *Caji Cæſaris Germanici.* Caput Caligulæ nudum.)(Caput diadematum, ante quod notæ aliquæ fugientes. Medii æris numus, operis mediocris, optime conſervatus, in margine tamen aliquantum vitiatus, unde veriſimile eſt circa diadematum averſæ caput literas quasdam fuiſſe, nunc extritas. *Tab. XXIV. N.* 4.

Caput poſticæ Antiocho regi Commagenes adjudico; qui a Caligula throno, quem ab eo obtinuerat, dejectus, a Claudio autem eidem eſt reſtitutus juxta Tacitum, & Dionem. Etenim facies illis eſt ſimilis, quæ in ejusdem Antiochi numis, a nobis poſt reges Syriæ collocatis, conſpiciuntur. Diadema præterea, non niſi exteris regibus erat in uſu, neque aliud in vita Caligulæ deprehendi, quod ſignatis eodem in numo & imperatoris, & regis capitibus occaſionem præbere potuiſſet; quare hocce numiſma Samoſatæ Commagenes metropoli cuſum fuiſſe admodum eſt probabile. Niſi tamen Polemonis caput eſſet, de quo Dio apud Vaillantium. *Imp. Roman. Tom. II. p.* 62.

D. Wren.

VII. NERO. CAESAR. AVG. GERM. . . . . Caput Neronis radiatum.)(Navis inſtructa remis, & inſcri-

ſcriptio: ADVINTVS. AVGVSTI. C. Numus ab excellente artifice exſcalptus nihil ætate vitiatus. *Tab. XXIV. N.* 5.

Vox *Advintus*, pro *Adventus*, & litera C ſupra navim ſequentibus animadverſionibus occaſionem dederunt: inſcriptionem itaque: ADVINTVS. AVGVSTI. C. ita lego: *Adventus Auguſti Corintho.* Litera I. pro E adhibita, a Græcis ſignatum fuiſſe numum denotat, apud quos commutandarum harum literarum mos vigebat, uti multa teſtantur exempla; quod ſi obtinet, ultimo Neronis anno numum hunc percuſſum dicemus, dum ſcilicet Nero Corintho rediret, ubi iſthmum perfodere, ad conjungenda duo maria tentaverat, ut liber ex ſinu Corinthiaco in Megaricum pateret trajectus. Quæ omnia, uti & ipſe Neronis reditus, & ingreſſus in urbem ſub cytharœdi forma in compilatore Dionis, & Svetonio multis ſunt deſcripta. *Xiphilin. in Neron.*

Ill^mi. Comitis de Pembrock.

VIII. Caput juvenile nudum, & inſcriptio: ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. ΝΕΩΤΕΡΟΣ. *Veſpaſianus Junior.*)(Victoria, & epigraphe: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Smyrnæorum.* Numus ex ære flavo elegans eſt, & integer, cui ſimilis a D. Wren adſervatur. *Tab. XXIV. N.* 6.

Excell. dux de Devonshire fere geminum poſſidet, ſola poſtica diverſum, in qua pro Victoria comparet figura ei admodum ſimilis, quæ adeſt in numis inſcriptis: SPES. AVG.

Ve-

Veſpaſianus junior, teſte Suetonio, filius Flavii Clementis, Veſpaſiani imperatoris nepotis, qui ob leviſſimam ſuſpicionem Domitiani patruelis juſſu ſtatim poſt conſulatum e medio eſt ſublatus, cujus quidem filios Domitianus ſucceſſores deſignaverat, & mutatis nominibus Veſpaſianum alterum, cujus effigiem exhibet noſter numus, alterum adpellaverat Domitianum, quos ambos ad patris exemplum chriſtianos fuiſſe veriſimile eſt. Ex hoc vero Suetonii loco clare adeo elucet Veſpaſianum juniorem noſtri numismatis eſſe Clementis filium, ut, quid amplius animum dubium facere poſſit, non videam: eum autem primogenitum, & ætatis 15., aut 16. annorum arbitror. P. Harduinum autem, qui ſolus numum hunc edidit hactenus, eum minus adcurate examinaſſe arbitror, cum Veſpaſianum juniorem filium faciat Veſpaſiani ex Domitilla uxore altera.

Sveton. in Domit. cap. XV.

p. 733. Edit. in fol.

Monetam hanc percuſſerunt Smyrnæi in honorem Veſpaſiani junioris ob aliquam forſan in expeditione, cui intererat, relatam victoriam, quam tamen, uti etiam quid cum illo deinceps actum ſit, nuſpiam adnotatum inveni.

Ill^mi. Comitis de Winchilſea.

IX. AΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝ. *Imperator Cæſar Trajanus Hadrianus.* Caput Hadriani laureatum.)(Iſis ſtans cum velo, & ſiſtro, ante quam pharus Ægyptiaca, & epocha L. IH. anno 18. Numus admodum conſervatus, viridi etiam vernice eſt contectus. *Tab. XXIV. N. 7.*

Comment. Hiſtor. T. I. p. 507., & 606. Similem numum nullus adhuc edidit, niſi Triſtanus admodum mutilatum, & Patinus alium Fauſtinæ minoris, Saloninæ alium, in quibus Iſis ſola cum velo, alium denique Hadriani, in quo ſola pharus comparet, quæ tamen in noſtro multo diſtinctius exprimitur, cum Iſis adjecta Ægyptiacam eam eſſe dubitare non ſinat. Cum Patinus, & Triſtanus nihil fere de numis illis diſſeruerint, alii vero autores non niſi parum, & obſcuro modo hac de re egerint, meam hic opinionem breviter adnotabo. *Patin ære med. p. 301. 331. & 156.*

V. Steph. de urbibus. Inſula Pharus e regione Alexandriæ ad oſtium Nili Canopicum ſita (juxta Stephanum) a navarcho Menelai nomen tulit, qui a ſerpente admorſus ibi fuerat ſepultus: inſulæ huic inſidet turris ejusdem nominis, de qua Strabo: *lib. XVII.* *Turrim habet multis tabulatis excelſam, & albo lapide mirifice ſtructam eodem nomine, quo inſula*, unde omnis ſubinde maritima lucerna nomen traxit, uti Cypria, Pontica, Oſtienſis &c. Hæc autem turris ab Epiphanio Hagiopolita, qui eam inter ſeptem mundi miracula poſuit primam, 1836. pedes Romanos alta dicitur: *Eſt autem coagmentata vitro, & plumbo in altitudinem trecentum ulnarum, ſive orgyarum.* Voſſius eorum opinionem tanquam ineptam explodit, qui turrim hanc quatuor vitreis cancris ſuſtentatam ſentiunt. Noſter certe numus eam forma quadrata extructam, & quinque ſtatuis, forſan æneis, ornatam indicat, quarum minores pro laternis erant: erecta fuit a Ptolemæo Ægypti rege, qui eam amplo, ac magnifico ponte junxit Alexandriæ; ad quæ quidem opera celeberrimum totius Græciæ architectum adtribuit, atque ſibi familiarem, ut teſtatur Strabo, hunc adpellans *Amicum Regium*, cui etiam conceſſit rex, ut turri proprium inſculperet nomen Græca inſcriptione, quæ

V. notas in Steph. p. 735. Iſaac Voſſius in Melam p. 371. Edit. ſecunda.

Turris hæc dicitur erecta fuiſſe 800. talentis.

ſic

ſic ſonat: SOSTRATVS. GNIDIVS. DEXIPHANIS. FILIVS. DIIS. SERVATORIBVS. PRO. NAVIGANTIBVS. Lucianus vero refert ſculptorem proprium nomen incidiſſe marmori, atque in tectorio, quod obduxerat, regis nomen exaraſſe, ut hoc temporum injuriis deleto, architecti nomen æternum duraturum adpareret.

Lucian. tractatu de modo ſcribendæ hiſtoriæ verſus finem.

Etiamſi coloſſus muliebris formæ, qui in medio turris faſtigio adſurgit tutelare Ægypti, aut Phari, aut navigantium numen poſſit exhibere, cum his omnibus prima inſcriptionis pars: DIIS. SERVATORIBVS. conveniat, ob adjectum tamen alterum: PRO. NAVIGANTIBVS. deum repræſentari puto commercii præſidem, non tamen bonam fortunam, veluti Antii, ſed deorum aliquem a Phœniciis artis nauticæ inventoribus cultorum, qui Cabiri, id eſt *Potentes* juxta Varronis, & Tertulliani explicationem dicti, ſeu *Dii Patæci* navium etiam puppibus tanquam cuſtodes imponi ſoliti Svida, & Herodoto teſtibus. Illorum autem nomen Phœnicium ab Hebraico verbo *Batach confidit*, *ſecurus fuit*, deducitur litera B in P mutata, unde etiam vocabulum *Batachum*, quod juxta Bochartum tabulas denotat, privatorum ſecuritati publica autoritate conceſſas. Cum autem in Cabirorum (qui eodem Herodoto teſte in Ægypto certe adorabantur) numero Ceres dicta *Axieros*, id eſt *poſſeſſio mea terra* non a Phœniciis ſolum, ſed ab Ægyptiis etiam religioſiſſime fuerit culta ſecundum Cælium Rhodiginum: *In agro Thebano Cereris Caberiæ templum fuit, ſicuti Cabirorum quoque, venerationis multæ in locis illis*; cumque eadem dea agriculturæ inventrix perhibeatur, ibi profecto ſummo jure collocanda erat, ubi maximum erat commer-

V. Herodot. lib. III. p. 237. Edit. Francofurt. 1594. Geograph. ſacr. p. 791. Ibid. p. 427. & 828.

Lect. Antiq. lib. XV. c. 31.

cium frumenti, quo ita abundat Ægyptus, ut ſola pluribus regionibus alendis ſufficiat; id vero factum eſſe declarant faces, ſymbolum Cereris, quibus ſcilicet hæc ad quærendam Proſerpinam eſt uſa; nam ex quavis parte turris geminæ ſtatuæ comparent faces duas ſuſtinentes, quæ absque dubio indicant Caſtorem, & Pollucem inter deos Cabiros, & marium præſides numeratos. Si quis tamen filiam ſubſtituere potius velit, non obnitor, cum etiam Proſerpina in Cabirorum numerum admiſſa, & pro luna agnita hujus vices accenſis ollis obitura eum ſibi locum vendicet merito, quare cum Statio canere tum poſſemus:

Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula lunæ.

In figura velum dirigente pharum verſus, & ſiſtrum dextra tenente quilibet agnoſcit Iſidem, quæ Peluſio, quod
p. 296. ædificaverat juxta Bochartum, in inſulam venire videtur, a qua ob templum ibidem extructum adpellata eſt, ut in numo Juliani Apoſtatæ: ISIS. FARIA. Neque caſu & ſine ratione ſingulari occaſum reſpicit, nam ex duobus portubus, quos utrinque efficit inſula, ille maxime amplus eſt, profundus, & tutus, qui orientem ſpectat, ab Iſide cuſtoditus, & a Strabone ita laudatus: *Qui ex dicta turri in-*
lib. XVII. greſſum habet, is maximus portus eſt.

Numum Hadriani, & Antonini Pii cum pharo Ægyptiaca prolatum a Triſtano idcirco mutilatum dixi, quia præterquam, quod unica comparet ſtatua, rotunda turris forma minus conſentit cum autoribus, quam ea, quæ eſt in noſtro numo ab Ægyptiis cuſo anno XVIII. Hadriani in memoriam beneficiorum ante decem annos ab hoc imperatore receptorum, dum eam provinciam luſtraret.

D.


1
C¼
QPEDECAI
CARTEIA
Æ
2
C
DIVI·F.
AVGVSTVS
REX
PTOL
C.LAETI
3
F
4
C
5
D
ADVINTVS
C
AVGVSTI
8
S
7
F
Æ
6
B

D. Wren.

X. ......K. T. AIΛ. AΔP. ANTΩNINOC. CEB. Caput Antonini Pii laureatum.)(Hercules, & Antæus, pone clava cum exuviis leonis, quibus in area imminet litera S. Numus hic ab excellenti artifice elaboratus, ex ære quidem flavo conſtat, ſed injectus igni plumbeum quemdam colorem traxit. *Tab. XXIV. N.* 8.

Cum neque urbis nomen, neque aliud quid exhibeat numus, quod aliquem præbeat differendi campum, cauſamque ipſam ſignatæ literæ S ad ſequi non poſſim, eam exacte cælaſſe, & deſcripſiſſe ſufficiet.

TABULA XXV.

Excell. Ducis de Devonshire.

XI. AΥ. K. A. AΔP. ANTΩ. EΥΣE. *Imperator Cæſar Ælius Hadrianus Antoninus Pius.* Caput Antonini Pii laureatum.)(Fluvii imago jacens cum epigraphe ΓAΛ. TO. ΠECCIN; quam inferius explicabo. *Tab. XXV. N.* 1. Cum hic Numus ex ære flavo bene factus, & optime conſervatus in eadem, in qua ſequens, provincia cuſus ſit, utriusque explicatio conjungetur.

XII. AΥPHΛIOC. KAICAP. *Aurelius Cæſar.* Caput juvenile M. Aurelii nudum facie a ceteris diverſa.)(Mercurius nudus ſtans cum caduceo, & inſcriptione: ΓAΛ. TO-

ΛΙC. ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Galatarum Toliſtobojorum Peſſinuntiorum.* Numus integer eſt, & elegans. *Tab. XXV. N.* 2.

T. Liv. lib. 38. Duo hi numi in Galatia Aſiæ provincia percuſſi ſunt, quam, ut Livius multis perſequitur, in partes tres diviſam Galli duce Brenno armorum occuparunt vi, Manlius ſubinde Romanorum poteſtati ſubjecit, & Auguſtus poſt mortem Dejotari, cui eam Senatus conceſſerat, in provinciam redegit. Huic vicina eſt, & conjuncta Toliſtobojorum parva regio, de qua Stephanus Byzantinus: *Toliſtoboji gens Galatarum occidentalium, qui ex Celtogalatia in Bithyniam migravere. Eratoſthenes autem in primo Galaticorum Toliſtobogios eos vocat.* Et Strabo: *Toliſbogi contermini ſunt Bithynis & Phrygiæ Epicteto.* Præter has provincias numus noſter Peſſinuntis etiam meminit, de qua Stephanus: *Peſſinus urbs Galatiæ, a Gallo quodam Peſſinunte. Aliqui vero ab profluente collis ejus, in quo Marſyas ſepultus eſt.* Ex hac urbe Romam translatus eſt cultus matris deum, cujus amœna eſt apud Herodianum narratio: ejus meminit etiam Ammianus Marcellinus. Peſſinuntem Toliſtobojorum metropolim dixit Plinius, & Strabo *emporium illa regione maximum.*

Jornandes de regn. & temp. ſucceſſ.

Herodian. lib. I. cap. 9. *Ammian. lib. XXII. cap.* 22. *Plin. lib. V. cap.* 32.

Rariſſima hæc numiſmata ſcriptorum autoritatem confirmant, qui Toliſtobojos, quorum metropolis erat Peſſinus, Galatis ſubjectos dicunt. Fluvius in Antonini numo indicatus Sangarius eſſe debet, qui ex Bithynia fluens Peſſinuntem pene adluit. Mercurius vero in numo Aurelii Cæſaris oſtendit Peſſinuntios, origine alioquin Gallos, illis diis maxime devotos fuiſſe, qui a Gallis potiſſimum colebantur, teſte J. Cæſare: *Deum maxime Mercurium colunt*, quia, ſecundum Pla-

De Bell.

Platonem, præeſt eloquentiæ, cujus ſtudioſiſſimi ſunt Galli; nam Portius Cato: *Pleraque*, inquit, *Gallia duas res ſtudioſiſſime perſecuta rem militarem, & argute loqui.* Et S. Hieronymus Galliam viris fortiſſimis, atque eloquentiſſimis ſemper abundaſſe dicit.

Gall. lib. XVI. cap. 17. Plato in Phædr. Mercurium adpellat patrem literarum. lib. II. Orig.

Equitis Hans Sloane.

XIII. ΑΥΡΗΛΙΟϹ. ΚΑΙ. ϹΕΒ. ΕΥϹΕΒ...... *Aurelius Cæſar Auguſti Pii Filius.* Caput laureatum M. Aurelii juvenis.)(Caput muliebre turritum, & epigraphe: ΚΑΙϹΑΡΙΑϹ. ΛΙΒΑΝΟΥ. ΗΝΥ. Cæſareæ Libani anno 458. Opus mediocre quidem, ſed bene conſervatum. *Tab. XXV. N.* 3.

Inter plures, quæ numerantur, Cæſareas, difficile eſt eam determinare, quæ ad Libanum ſita rariſſimum hoc numiſma percuſſerit; id enim nulli ejus nominis urbi convenire poteſt, niſi forſan illi, quæ ad fontes Jordanis poſita Cæſarea Auguſta, Cæſarea Philippi, & Paneas dicta eſt, uti adparet ex numis, & ex ejusdem longa quidem, ſed exacta etiam deſcriptione doctiſſimi Cardinalis Noriſii: ſed tanta ſunt, quæ huic ſententiæ adverſantur, ut nec illa ſatisfacere cuique poſſit. Imprimis epocha urbis Paneadis ducitur ab anno 751. V. C. circiter, annus autem in numo ſignatus numerari debet ab anno 442. id eſt ab epocha Seleucidarum, & quamvis plures urbes Syriæ duplici epocha uſæ ſint, nulla tamen ſub eodem imperatore diverſarum epocharum annos numis impreſſit, numus vero ſupereſt Cæſareæ Paneadis ſub M. Aurelio cum anno 172, qui proinde ab recentiori illo computandi initio deduci debet. Quis

De epoch. Syromac. Diſſert. IV. §. 4.

Ibid. Diſſ. II. §. 3.

V. Græc. Vaill. p. 274.

Quis inſuper ſibi perſuadeat urbem, quæ in laudato M Aurelii numo & ſacra, & inviolabilis eſt nominata, in alio ejusdem imperatoris, ſplendidis his titulis omiſſis, ſolo nomine Cæſareæ Libani contentam fuiſſe. Cum tamen nullum Paneadis numum habeamus cum his titulis ante annum 172, ſeu 922. V. C.; dicere quis poſſet Paneadem hoc primum anno ſacram, & inviolabilem adpellatam, hæc honoris ſigna numiſmati noſtro, quod 20. annis antea cuſum eſt, imprimere non potuiſſe. Verum quomodo Cæſarea Libani dici potuit illa, quæ ad Jordanis fontes, Paniumque montem ſita, a Libano magno locorum intervallo, & toto Antilibano ſeparatur? Alia itaque erit Cæſarea ad Libanum: at quænam? Geographi tacent, nec numus mentitur. Igitur adtentius perſcrutemur eam ſententiam, quæ vero ſimilior videtur, & Cæſaream procul dubio inveniemus, quæ ad Libanum pertineat, etiamſi autores ejus non meminerint aperte.

Arca urbs eſt Phœniciæ mediterraneæ ad montis Libani radices, juxta Guilielmum Tyrium, ab Arco Canaani filio ædificata, Iſidoro teſte, Antandrum inter, & Tripolim, ab illa diſtans 32. milliaribus, ab hac vero 18; ſi itinerario Antonini credimus. Natum hic Alexandrum Severum dicit Lampridius, & celeberrimum Alexandri M. templum fuiſſe: Aurelius autem Victor de Severo loquens, urbem hanc Cæſaream Libani, a nobis quæſitam, eſſe oſtendit his verbis: *Aurelio Alexandro Syriæ orto (urbe) cui duplex, Cæſarea, & Arca, nomen eſt.*

Etymol. lib. XV, Cap. I.
Ibid. Cap. V.

Cum Arcæ vero templum Alexandro Macedoni, unde Syriæ reges ducebant originem, dicatum, idque clariſſimum

mum eſſet, vera ſuppetit cauſa retentæ Seleucidarum epochæ. Mutatum autem Arcæ nomen puto a J. Cæſare, dum Alexandria in Syriam, atque hinc, ut vult Suetonius in ejus vita, in Pontum contenderet, eamque forſan beneficiis donaret ſingularibus, ob originem, quam a Venere jactabat in vicinia montis Libani ita culta, ut Bochartus formoſas Heliopolitanas feminas Libanotides, Venerem autem Arcitidem ab ipſa Arca nominatas cenſeat. Hæ tamen meræ ſunt conjecturæ, cum unicus, qui hucusque prodiverit, numus ille ſit, quem a Pyrrho Ligorio adnotatum ſe vidiſſe teſtatur Cl. Spanheimius ſub Tiberio cuſum cum inſcriptione: ΑΡΚΑΙΩΝ. Unde fluere videtur, Arcam tunc nondum Cæſaream dictam eſſe, etſi utroque ſimul nomine fruitam teſtentur laudatus Aurelius Victor, & numi quipiam.

p. 831. Les Ceſars de Julien p. 372.

Numus itaque noſter Arcæ fuit ſignatus, quæ adpellabatur *Cæſarea Libani*, ut a ceteris ejusdem nominis urbibus diſtingueretur, quæque præcipua erat urbs ſuæ provinciæ, ſicuti adparet ex turrito capite. Annus 458. numum percusſum indicat in honorem Aurelii cæſaris, dum viveret etiam Antoninus Pius anno ſcilicet 899. V. C. Antonini autem octavo, Coſſ. Sexto Erucio Claro, & Cn. Claudio Severo. Ipſe vero M. Aurelius, cum admodum eſſet juvenis, ſolum cæſaris titulum gerebat; unde inſcriptionem ſic lego: *Aurelius Cæſar Auguſti Pii Filius.*

D. Wren.

XIV. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Caput M. Aurelii laureatum.)(Tres deæ in templo tetra-

traſtylo: epigraphe: CTPA. ΚΛΑΥΔΙ....: ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. Numus hic maximæ formæ, conſervationis bonæ, operis mediocris, ponderis 528. granorum eſt. *Tab. XXV. N.* 4.

Cum Stephanus Byzantinus viginti quinque Apollonias numeret, arduum eſt diſtinguere urbem, in qua noſtrum numiſma cuſum ſit, quod jam prodidit Vaillantius cum inſcriptione, quæ noſtri numi lectionem juvat: ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. atque Apolloniæ Lyciæ adtribuit, quin tamen ullum adferat argumentum. Meum ſane numiſma Apolloniæ Epiro vicinæ ſupra mare Jonium ſitæ adſcribere mallem, cum Pauſanias *lib. I. Eliacorum* commemoret eas gentes ad Hippodamium plures erexiſſe ſtatuas, quas inter Thetis, & Aurora. Has itaque in lateribus templi, in medio autem Venerem ob pomum, quod ſiniſtra tenet, majori ſtatua repræſentatam, illis in regionibus maxime cultas fuiſſe exiſtimo. Laudatus autor multa inſuper meminit de Apolloniatis, quorum urbem ab Apolline ædificatam, in litore maris Jonii ad Epirum, ut diximus, ſitam eſſe deducit ex inſcriptione veteri.

In Græc. imp. p. 50.

Equitis Fountain.

XV. ΚΑΒΙ. CΥΡΙΩΝ. *Cabirorum Syrorum.* Palma inter duo capita juvenilia nuda, quibus imminent aſtra ☽(Duo capita barbata, & literæ quædam fugientes. Nec conſervatione, nec artificio numus iſte admodum eſt laudandus. *Tab. XXV. N.* 5.

Hocce

Hocce numiſma ſignatum eſt a Syris in honorem M. Aurelii, & L. Veri, qui barbatis illis capitibus repræſentantur, ut oſtendunt literæ, quæ ſuperſunt ad eorum nomen pertinentes .....HPOC *ad L. Verum*, & AV ..... ad *M. Aurelium*, vel forſan ad titulum *Auguſti*. Iuvenilia alterius partis capita binos exhibent Aurelii filios Commodum, & An. Verum cum aſtris Caſtoris, & Pollucis, quos Cabiros dictos eſſe conficiunt literæ KABI. inter capita, & palmam Judææ, ac Phœnices ſymbolum diſperſæ, atque Sanchon-Jathon, qui in fragmento quodam apud Euſebium ait: Beryti in Phœnicia cultos fuiſſe Cabiros, ita dictos a vocabulo Hebræo *Cabir*, *magnus*, *potens*, eosque Jovis filios, & Dioſcuros etiam adpellatos. Singularis ergo noſter numus in aliqua ejus regionis urbe cuſus videtur. Dionyſius Halicarnaſſæus, qui de Cabiris exacte ſcripſit, & Macrobius cenſent deos Penates ab Ænea Romam translatos ipſos hos eſſe deos potentes, ſeu cabiros.

V. Harduin. p. 43. fol. Edit., & Vaillant.

Hiſtor. Roman. lib. I.

Præterire non poſſum L. Verum vivente Aurelio, & An. Verum etiam ſeptennem ex tumore quodam infra aurem enato mortuos eſſe anno V. C. 923., dum Commodus novem circiter numeraret annos teſte autore epitomes Dionis Caſſii, qui eum novendecim annorum fuiſſe cenſet, dum M. Aurelius pater decederet anno V. C. 933. Noſtrum itaque numum ante Lucii, & Annii Veri mortem cuſum dicemus, qui non ſolum rariſſimo Annii capite nitet, verum etiam univerſa familia Auguſta, & Cabirorum nomine, quo Dioſcuros ita nominatos eſſe comprobat.

D. Kemp.

XVI. Caput Antonini Pii.)(Caput Fauſtinæ minoris, & M. Aurelii juvenis, quos inter palmæ, ut antea. *Tab. XXV. N.* 6.

Inter Antonini numos & hunc ponere debuiſſem, niſi inſcriptio omnis extrita eum hic exhibere compuliſſet, ut a priori explicaretur: ceterum monetam hanc ſignatam puto ob matrimonium M. Aurelii, & Fauſtinæ.

D. Joan. Maſſon.

XVII. FAVSTINA. AVG. Caput Fauſtinæ minoris.)(Mulier ſtans cum modio in capite, & inſcriptione in orbem: ANN. CCVII. C. I. A. CINOPE. Fabricæ mediocritatem ſupplet ex parte bona conſervatio. *Tab. XXV. N.* 7.

Ap. Alexand. de bell. Mithr. Sinope ad mare ſita, Ponti urbs præcipua ampliata eſt, atque illuſtrata ab Autolyco Herculis ſocio, marina illuc, ſi Appiano credimus, procella ejecto, & ab incolis ſtatua honorato, quem ſubinde in ſomnis Lucullo adparuiſſe narrat, dum Sinopen caperet; atque hunc urbi captæ Alexandri exemplo, libertatem reddidiſſe, & ſuis eam uti legibus permiſiſſe. Sinopen ab ultimo Mithradate Eupatore, in ea nato, & educato metropolim regni, ab J. Cæſare autem Romanam coloniam factam eſſe prodidit Strabo.

In colon. T. II. p. 42. Inſcriptio averſæ C. I. A. CINOPE. ANN. CCVII. ita legenda eſt juxta Vaillantium: *Colonia Julia Aurelia Sino-*

pe

pe anno 207. (oo). Clarum itaque eam urbem Aureliæ nomen adſumſiſſe ſub M. Aurelio, & non ſub Caracalla, ut laudatus autor multis comprobare conatus eſt. *Vaill. ibid. Tom. I. p. 161. 193. &c.*

Mulier ſtans Ægyptiacorum numinum aliquod, quæ in pecunia hujus coloniæ ſe offerre ſolent frequenter, exhibet, atque Iſidem quidem, ut arbitror. Vaillantius Gordiani Pii numum producit capite Sarapidis inſignem, & literis C. R. I. F. S. &c., quæ magnam Triſtano moleſtiam attulerunt, a Vaillantio autem ita ſcienter ſunt explicatæ: *Colonia Romana Julia Felix Sinope.*

Coloniæ hujus anno 705. V. C., juxta Vaillantium, fundatæ (pp) numi inſignis ſunt raritatis; noſtri autem numiſmatis annus 207. additus epochæ urbis oſtendit illud anno V. C. 912., Aurelii tribunitia poteſtate XII., Coſſ. Plautio Quintillo, & Statio Priſco ſignatum eſſe.

In aliis omnibus numis Sinope ſcribitur per S, in noſtro autem per C., quod tamen minime eſt mirabile, cum Græci ſub imperatoribus Σ, ſeu S eadem manente pronuntiatione in C mutare conſueverint.

TABU-

(oo) Monuit Froelichius in adpendicula eodem, quo ſcribo, anno curante Cl. Khellio novis typis edita *pag.* 51. το A, vel AV in numis Sinopenſium legendum *Auguſta*, non *Aurelia*, quia ante Aurelios ſub L. Ælio in numo ab Harduino producto occurrit AV.

(pp) Correxit ſe ipſum Vaillantius in editione Pariſina 1695. ad numum M. Aurelii *pag.* 193., Coloniamque a Cæſare dedu-

TABULA. XXVI.

D. Wren.

XVIII. ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΟΔΟϹ. Caput Commodi laureatum, & barbatulum.)(Imperator quadrigas agens præcedente milite cum vexillo in humerum reclinato, poſt quem tropæum: inſcriptio: ΕΠΙ. ϹΤΡΑ . . . . . . ΕΜΟΥ. ΜΕΝΕΜΑΚΟΥ . . . . ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Numiſma hoc formæ maximæ ex ære flavo imaginem exhibitam æquat, nigra minerali cruſta tectum conſervationis eſt bonæ, artificii eximii, atque unciam cum granis 216. adpendit, *Tab. XXVI. N.* 1.

Similis fere numus comparet inter numiſmata regis Galliarum, ſed alio ſub magiſtratu, & absque ulla explicatione.

Noſtri numi patria eſt Mytilene nobile inſulæ Lesbi oppidum, in quo deſcribendo abunde diſerti fuere geographi. Commodus in Pannonia paullo poſt M. Aurelii patris

---

ctam vult anno V. C., 706., quæ tamen teſte Strabone *lib. XII.* nonniſi anno 707. recipi potuit. Ceterum Froelichius jam in laudata adpendicula primum an. 1744. edita demonſtravit æram hanc ab autumno an. V. C. 709. ducendam eſſe. Idem tardius comprobavit Cl. Belley T. XXVI. *De l'Academie des inſcriptions & belles lettres pag.* 456. Quare tempus ſignati numi ad an. V. C. 916. & tribunitiam poteſtatem Aurelii XVI. defigendum.


1
C
Æ
2
D
Æ
3
ΚΑΙCΑΡΙΑ C ΛΙΒΑΝΟΥ
C
Æ
4
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ
ΤΩΝ
5
Κ Α ΒΙ
CΥΡΙΩΝ
C
Æ
6
Æ
7
AVG FAVSTINA
C
Æ

tris mortem electus imperator, aulicorum quorundam adulatione ſeductus, commorationis apud exercitum barbaras inter gentes pertæſus, Romam redire extemplo conſtituit. Quare militum manu quadam ad Danubii ripas relicta, quæ hoſtium parte domita, pacem a ceteris pecuniarum vi impetravit, ipſe juvenili quodam ardore abreptus Romam magnis itineribus contendens urbes omnes, quæ tranſeundæ erant, curru ſingulari magnificentia conſpicuo inter incolarum adclamationes, & celebrata feſta eſt invectus, at multo magis Romæ, ubi, Herodiano teſte, obvia ſenatus, populique, lauro, & floribus coronati pompa eſt effuſa. *Herodian. lib. I.* Hoc igitur tempore Mytilenæos actum de inani victoria triumphum in ære ſignaſſe opinor, ut lætitiam, quam præſentes oſtendere non poterant, publica pecunia teſtarentur, ſimulque adularentur principi, cujus juvenile mentum tenera primum barbula conveſtiri incipiebat, ut ſcribit idem Herodianus.

Equitis Roberti Abdy.

XIX. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX. AVG. Caput Pertinacis laureatum.)(Imperator ſtans dextram porrigit mulieri cornu copiæ gerenti: epigraphe: FORTVNAE . . . . . . S. C. Numus magni æris integer eſt, & operis elegantia ſingularis. *Tab. XXVI. N.* 2.

Pulcherrimum hocce Pertinacis numiſma, antiquariis cum ejuſmodi averſæ partis typo ignotum hactenus, ſignificare cenſeo, Pertinacem Albæ Pompejæ in Liguria, humili loco natum a fortuna, cui manum offert, adeo fuiſſe dile-

dilectum, ut ipſum Romanum thronum conſcenderet. Literas autem ex parte detritas ſic legendas reor: FORTVNAE. AVGVSTI.

XX. TITIANH. CEBACTH. *Titiana Auguſta.* Caput Flaviæ Titianæ.)(Pertinax in equo, & inſcriptio: MYTIΛINAIΩN. *Mytilenæorum. Tab. XXVI. N.* 3. Inſignis iſte numus magni æris triplici exemplo exſtat in Anglia, nimirum apud Ill. Comitem de Pembrock, Excell. Comitem de Winchilſea, & in celeberrima univerſitate Oxonienſi, ex quibus meam deſumſi cælaturam.

Titiana Pertinacis uxor Flavii Sulpiciani filia Auguſtæ titulum, iisdem, quibus maritus, Calendis Januarii, eo tamen non adnuente obtinuit: moribus ceterum diſſoluta, ſecundum laudatum autorem, cytharœdo conſueverat. Duo ſola, quæ hactenus vidimus, hujus Auguſtæ numismata, Vaillantio, & Morellio teſtibus, Ægyptia ſunt mediæ formæ, quorum alterum regis Galliarum, in quo Victoria cum laurea, & epocha L. A. anno primo, alterum eſt Magni ducis Hetruriæ, in quo navis cum velo, & idem annus. Noſtrum autem numisma pluris certe faciendum eſt non ob formam ſolum magnam, atque elegantius artificium Mytilene, quæ Leſbi inſulæ eſt metropolis, factum, verum etiam ob equitantem imperatorem, cujus faciei ductus optime diſcernuntur præſertim in numo Comitis de Winchilſea, qui eum forſan repræſentat ad exercitum contendentem, ut ab hoc etiam ſalutaretur imperator, teſte Herodiano.

Vaill. Græc. pag. 77. Morell. Specimen.

Omnem

Omnem adhibui diligentiam in delineanda Titiana, quæ ab aliis jam editis imaginibus non ornatu ſolum, ſed ipſa etiam facie diſcrepare obſervabitur. Nota infra Titianæ mentum incuſa in numo Comitis de Winchilſea lyram exhibet, quæ ad Apollinem refertur tutelare Mytilenæorum numen, ob celebre Apollinis Maloentis templum extra urbem extructum, ut autor eſt Thucydides *lib. III.*

Ill. Comitis de Wenchilſea.

XXI. IVLIA. AVGVSTA. Caput Juliæ uxoris Severi.)(Mulier ſtans d. haſtam, ſ. pallium tenet: inſcriptio: NOBILITAS. Numi optime conſervati animam cupream bractea argentea conveſtit. *Tab. XXVI. N.* 4.

Caput Juliæ Piæ antiquariis quidem vulgare, aſt cum hujusmodi parte averſa: *Nobilitas,* nullus apud Mediobarbum numus habetur, quæ quidem pars non in Juliæ Piæ tantum, ſed in cujuscunque etiam auguſtæ numiſmate eſt quam rariſſima. Titulus hic cum alio *Patris Senatus* erat conjunctus; quare Commodus cum hoc altero etiam primum *Nobiliſſimi* obtinuit, atque hinc arguo, etiam Juliam Piam, quæ in numis dicitur *Mater Auguſtorum*, *Mater Senatus*, *Mater Patriæ*, etiam *Nobiliſſimam* fuiſſe adpellatam, indeque hunc *Nobilitatis* typum in averſam partem profluxiſſe (qq). His adde Auguſtam probabilius prognatam ex antiquis Emeſæ re- *Strabo lib. XVI. Bell. Jud. lib. II. c. 35.*

L l

(qq) Numus ſubæratus cum ſit, gravi non caret ſuſpicione, quin falſarius typum averſæ, ex numo Getæ ſumtum, matris capiti conjunxerit.

Tac. Annal. lib. XII. & XIII. regibus Sampſiceramo, & ejus filio Jamblico a Strabone memoratis, qui affines forſan erant Soæmi * cujusdam ab Joſepho, & Tacito dicti Ituræorum regis, qui populus regionem trans Jordanem infra Antilibanum incolebat. De hoc rege forſan Mæſa Juliæ ſoror filiam ſuam nominavit Soæmiam: nam Lampridius de hac auguſta hunc in modum loquitur: *Siquidem (ut Marus Maximus dixit in vita Severi) nobilem orientis mulierem Severus, cujus hanc genituram eſſe compererat, ut uxor imperatoris eſſet, adhuc privatus, & non magni ſatis loci duxit uxorem.* Addit vero Aurelius Victor eam filiam fuiſſe Baſſiani cujusdam ſacerdotis ſolis.

* Photius meminit de rege quodam Soæmo filio Achæmenidis, Arſacis nepote, qui ſub M. Aurelio vivebat. *Jamblic. apud Phot. Bibl. pag. 242. In vita Alex. Severi. p. 332. ed. Maire. 1632. Sext. Vict. epitom. in Caracall. et Elagab.*

Equitis Hans-Sloane.

XXII. ΙΟΥ. ΔΟΜΝΑ. CΕΒ. Caput Juliæ Domnæ, ut in ſuperiore.)(Victoria cum palma, & corona laurea: epigraphe: Λ. CΕΠ. CΕ. ΕΛΕΥΘΕ. Ε. Η *Lucianæ Septimianæ Severianæ Eleutheropolis* anno octavo. Conſervatio numi optima, opus mediocre. *Tab. XXVI. N.* 5.

Eleutheropolis, ubi unicus hic numus cuſus eſt, urbs eſt Palæſtinæ, quæ ab aliquibus etiam Phœnice dicitur, atque juxta Antoninum, ab Hieroſolymis 20., ab Aſcalone autem 24. milliaribus diſtat. Cellarius fatetur, ſe hujus urbis, quam neque valde antiquam, neque ab ullo vetere autore memoratam dicit, originem deprehendere non poſſe. Ego certe a Severo aut ædificatam, aut reſtauratam judico propterea, quod ſuis omnibus nominibus eam honoraverit, Lucianæ ſcilicet, Septimianæ, & Severianæ, id quod nulli alii conceſſerat urbi; cum Tavium Galatiæ, Ægea, & Tarſus

T. II. p. 579.

ſus

ſus Ciliciæ metropolis, Laodicea metropolis Syriæ, & Amaſia Ponti metropolis ſolum ab illo Severianæ titulum obtinuerint. Si tamen Eleutheropolis ante Severum exiſtebat, partes illius cum aliis pluribus civitatibus ſecuta fuerit contra Peſcennium, qui hac de cauſa Laodicenſium civium imanem edidit ſtragem, Tyrum flammis evertit, Herodiano teſte, atque non minori forſan egit ſeveritate cum aliis urbibus præſertim Eleutheropoli, quam proinde Severus atrocioribus fortaſſis afflictam calamitatibus, majoribus etiam cumulavit beneficiis. *Lib. III.*

Palæſtinæ ſane incolas Peſcennio infenſos fuiſſe pronum eſt, qui cum ſe tributis levari peterent, acerbum illud reſponſum tulerunt a Spartiano adnotatum: *Vos terras veſtras levari cenſitione vultis, ego vero etiam aerem veſtrum cenſere vellem.* En itaque ſufficientem cauſam, ob quam Palæſtinorum plures Severi partes ſecuti fuerint. Tempus vero percuſſi numi determinaturo, id mihi certum, nequaquam ad illud referendum eſſe, de quo ſcribit Spartianus: *Palæſtinis pœnam remiſit* (Severus), *quam ob cauſam Nigri meruerant*: id eſt annum V. C. 949. Severi autem tertium, paullo poſtquam Caracalla ſalutatus eſt cæſar: probabilius autem multo videtur ſignatus poſt Parthicam victoriam, quam indicat averſa, anno illius imperii octavo, quo, conſul cum Caracalla, in Syria cum eodem agebat, ſcilicet anno V. C. 955. id quod confirmat laudatus autor: *In itinere Palæſtinis plurima jura fundavit, Judæos fieri ſub gravi pœna vetuit.* Utrum vero Severus beneficia hæc contulerit ad preces Juliæ uxoris in Syria natæ, an ob defectionem a Peſcennio decernere non audeo. Priusquam manum de tabula removeam ſcire inter- *In Peſcen. Nig.* *In Sever.* *Ibid.*

eſt Eleutheropolim ex præcipuis Palæſtinæ urbibus fuiſſe juxta Ammianum: *Ultima Syriarum eſt Palæſtina, civitates habens quasdam egregias, nullam nulli cedentem, ſed ſibi viciſſim ad perpendiculum æmulas: Cæſaream, quam ad honorem Octaviani principis exædificavit Herodes, & Eleutheropolin, & Neapolin, itemque Aſcalonem, Gazam, & Juliam ævo ſuperiore extructas.* Atque apertius Suidas, dum Mariani cujusdam ſub imperio Anaſtaſii florentis meminit: *Patre ejus (Roma) Eleutheropolim, quæ una eſt ex Primæ Palæſtinæ civitatibus, habitandi cauſa profecto.*

Ammian. Marcell. Lib. XIV.

D. Wren.

XXIII. . . . . . ΑΝΤΩΝΙΝΩϹ. ΚΑΙϹΑΡ. Caput nudum Caracallæ juvenis.)(Bacchus ſtans ſ. haſtam, d. cantharum tenet; pone tigris, & inſcriptio: ΚΑΙϹΑ-ΡΕΩΝ. ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ. *Cæſareenſium Cibyratarum Concordia.* Numus maximæ formæ, opere rudis, vernice niger, pondere 504. gran. *Tab. XXVI. N. 6.*

Tres ſunt Cæſareæ, ad quas hocce numisma poſſet referri: verum cum Cæſaræa Cappadociæ monte Argeo, Cæſarea Ciliciæ Anazarbi nomine diſtingui ſoleat, Cæſarea Bithyniæ ſupereſt ſola, cui illud adtribuamus cum Vaillantio, qui Caracallæ numum mediæ formæ cum concordia, ut in noſtro, ſed typo diverſo eidem urbi bene adſcripſit. Hæc autem Cæſarea ita a geographis eſt præterita, ut illius ſitus erui nullo modo poſſit. Bacchus tamen averſæ eam vicinam fuiſſe oſtendit Nicææ Bithyniæ urbi clariſſimæ, cujus numos habemus cum inſcriptione: ΔΙΟΝΥϹΟΝ.

In Græcis p. 102.

ΚΤΙ


1
AVTOKAI M AVPH KOMOΔOC
Æ
MVTIΛI NAIΩN
2
IMP·CAES·P·HELV·PERTINAX·AVG
Æ
FORTVNAE
S C
3
TITIANH CЄBACTH
Æ
MITYΛHNAI
4
IVLIA AVGVSTA
B
Æ
NOBI LITAS
5
C
ΛCЄΠCЄ ЄΛЄΥΘЄ
Є H
6
ANTΩNINOC KAICAP
Æ
KAICAPЄΩN KIBYPATΩN

ΚΤΙCΤΗΝ. ΝΙΚΑΙΕΙC. *Dionyſum Conditorem Nicæenſes*, aut: ΔΙΟΝΥCΟC. ΝΙΚΑΙΩΝ. *Dionyſus Nicæenſium*, probabile enim eſt, vicinas urbes habuiſſe eundem Bacchi cultum. De Cibyra, quam inter, & Nicæam ſtatuta fuit illa concordia, ita loquitur Strabo, poſtquam Antiochiam in occidentali Mæandri fluvii parte eſſe dixiſſet: *Auſtralia, Cibyra ea, quæ magna eſt &c.* & inferius: *Cibyratæ a Lydis dicuntur profecti, qui Caballenſem agrum tenuerunt.* Urbs hæc eſt Phrygiæ ad Lycum fluvium, qui in Mæandrum influit. *Ibid. p. 42. 54. 35. 38. &c.* *lib. XIII.*

TABULA XXVIII.

Ejusdem.

XXIV. ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. Caput Caracallæ juvenis cum pectoris parte, ante quod nota incuſa Dianam Epheſiam exhibens.)(Apollo nudus cum pallio ſiniſtram imponit lyræ, dextra coronat Dianæ Epheſiæ ſigillum, quod mulier ſtolata ſtans ſuſtinet, ſiniſtra gerens ſceptrum: inſcriptio: ΕΠΙ. CΤΡ. Τ. ΦΛ. ΗΡΩΠΑΠΙΩΝΟC. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Prætore Tito flavio Heropapione Hypæpenorum.* Numus maximæ formæ, cuſus ex ære flavo, elegans, & integer adpendit 600. grana. *Tab. XXII. N.* 1.

De hac urbe ita Strabo: *Hypæpa civitas eſt ex Tmolo in Cayſtri campum deſcendenti:* & Stephanus Byzantinus: *Hypæpa urbs Lydiæ condita ſub adjacentem montem, nempe ſub Æpos. Pulcherrimas habere mulieres urbem donum Veneris.* Vide Triſtanum, qui multis illam perſequitur. *lib. XIII. pag. 727.* *Tom. II. p. 531.*

Mulierem ſtantem Junonem Pronubam repræſentare reor, quæ in moneta hujus urbis ſæpius occurrit, uti etiam Diana Epheſia: Apollo quoque comparet in numo Valeriani a Vaillantio relato. Matrimonium autem Caracallæ cum Plautilla numiſmati huic ſignando occaſionem dediſſe arbitror.

Ejuſdem.

XXV. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. ΑΥΓ. Caput Caracallæ, radiatum, & barbatum.)(Vir armatus ſtans coram muliere, quæ urnam cum palma ab eo receptam tenet: inſcriqtio: ΕΠΙ. ΤΙΤ. ΑΙΛ. ΚΑΠΕΙΤΩΛΕΙΝΟΥ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Tito Ælio Capitolino Byzantiorum.* Numus hic maximæ formæ, æris flavi, admodum craſſus, nec ætate vitiatus 552. gran. adpendit. *Tab. XXVII. N. 2.*

p. 248. Stephanus Byzantinus de hac urbe ita ſcribit: *Byzantium regia in Thracia, urbs clariſſima ad Propontidem in parte Europæ ſita.* & Plinius: *Promontorium Chryſoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, ante Lygos dictum* &c. (*lib. IV. C. II.*) Juſtinus Pauſaniam Spartæ regem, Euſtathius autem Byzam Megarenſem Byzantii, hodie Conſtantinopolis a Conſtantino M. dictæ, conditorem facit: quod poſtremum probabilius eſt, utpote a numis confirmatum, in quibus Byzæ caput conſpicitur. (*Lib. VIII.*) Byzantium, a Cælio Rhodigino, & a compilatore Dionis in Severo, exacte deſcriptum, ab hoc imperatore vi poſt biennii obſidionem, expugnatum, juribusque omnibus in Perinthum, quia Peſcennio Nigro adhæſerat, (*lib. XIX. cap. 6.*)

hæſerat, translatis exutum refertur: at iisdem iterum juribus juxta Triſtanum, a Caracalla poſt patris mortem eſt donatum, nomine etiam Antonianæ adjecto, quare, ut animum proderet tanto beneficio gratum, numum hunc formæ maximæ percuſſit, in cujus averſa Caracalla Byzantio per muliebrem figuram, quæ caput habet turritum, deſignanto ludos Pythios per urnam, & palmam, quam mulieri offert miles, indicatos reſtituit. *Tom. II. pag. 206.*

Ejuſdem.

XXVI. IMP. CAES. P. SEPT. GETA. AVG. Caput Getæ laureatum,)(Victoria cum inſcriptione: VICTORIA. AVGVSTORVM. COL. ANT. S. R. Numus ex ære flavo integer eſt, elegans, & rubra vernice tectus. *Tab. XXVII. N.* 3.

Numiſma huic ſimile, quod a Colonia Antiochena in honorem Getæ ſignatum eſt, refert Vaillantius, rariſſimumque ait. Ejus explicationem conſule.

D. Maſſon.

XXVII. ΠΟΥ. ΣΕΠ. ΓΕΤΑΣ. Κ. *Publius Septimius Geta Cæſar.* Caput Getæ nudum.)(Diana Epheſia d. haſtam, cui corvus inſidet, ſ. Victoriam cum laurea ſuſtinet, & ad pedes habet boves duos jacentes: epigraphe ΔΕΙΗΝΩΝ. ΗΞC. *Dienſium* anno 268. Similis numi cum epocha CO. anno 270. in Batavia adſervati imaginem plumbeam habet idem D. Maſſon. Præſens autem conſer-

vatus

vatus quidem eſt, & viridi vernice obductus, ſed operis rudis. *Tab. XXVII. N.* 4.

Ex tot variarum provinciarum urbibus, quæ *Dii* nomen tulerunt, difficile admodum eſſet eam ſeligere, quæ numum hunc percuſſerit, niſi ejus ſitum in Cœleſyria, decem inter urbes regionis Decapolitanæ ab Joſepho, & Plinio deſcriptæ indicaret epocha a Pompejo deducta, qui Dium, bello contra Gadaram dirutum, reſtituit, civibusque frequentavit.

Joſeph lib. XIV. c. 8. Plin. lib. V. cap. 18.

Triſtanus numum quemdam Caracallæ exhibens in laudatam urbem infeliciter admodum inquirit. Goltzius autem, & Harduinus Getæ inſcriptionem producunt, ſed absque typo, & epocha, quam ego quidem ab anno 690. V. C. ideo deſumo, quia Joſephus Dium à Pompejo antiquis incolis, quemadmodum plures alias civitates, reſtitutum memorat Olymp. CLXXIX. Coſſ. C. Antonio, & M. Tullio Cicerone, id quod, ſecundum Cuſpinianum, anno ſupra notato reſpondet; cui ſi adjiciamus annos 268., & 270. noſtris in numis ſignatos, exſurget annus 957., & 959. V. C., quo Geta Auguſti titulum, tardius anno 961. V. C., obtentum, nondum habebat.

Tom. II. pag. 220. Goltz. Theſaur. P. Harduin. p. 49. Joſeph. loc. citato. De Coſſ. p. 299. Edit. Baſ. 1553.

Diana Polymaſte pro tutelari earum regionum numine habenda modium Ægyptio more ſuſtinet capite. Boves pabuli abundantiam indicant, quæ certe erat circa urbem haud procul a Jordane ſitam, qui aquis ſuis vicinas terras fœcundare ſolet quam maxime. Corvus autem, & Victoria pro Geta augurium eſſe videntur. Non hic ſolus, ſed Syriæ, Phœnices, & Palæſtinæ numi Dianam Polymaſten refe-

referunt, quemadmodum ille apud Vaillantium ita inſcriptus: ΦΛ. ΝΕΑCΠΟΛΕΩC. CΥΡΙΑC., qui Dianam non ſolum, ſed & boves, ut fere in noſtro, exhibet. Ceterum omnes hi numi raritate præſtant ſingulari. *Appendix iconum p. 7.*

D Kemp.

XXVIII. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. Caput imberbe Macrini laureatum.)(Mulier ſedens, præ qua ara: inſcriptio: SECVRITAS. TEMPORVM. & inferius S. C. Numi magnitudo cælaturæ æqualis, craſſities magna, æs flavum, conſervatio optima, artificium eſt ſingulare *Tab. XXVII. N.* 5.

Imberbe Macrini caput a nullo hactenus editum indicat Macrinum barbam non aluiſſe, cum imperator eligeretur, atque numum eo tempore cuſum; nam in aliis brevis quædam barba, in aliis frequentioribus longa, ac ſpiſſa comparet. Scribit inſuper Herodianus Macrinum jam electum imperatorem diu Antiochiæ, antequam Romam iret, manſiſſe, ut barbam aleret, ad exemplum M. Aurelii, cujus externum ſolum habitum imitari conſueverat.

Averſam inter numos argentos a Mediobarbo, ſed obſcurius adnotatam habemus.

TABULA XXVIII.

D. Wren.

XXIX. ΑΥ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. Caput Maximini laureatum.)(Tres figuræ, quarum prima

Caſtor, vel Pollux, aliæ Hercules ſunt, & Bacchus cum epigraphe: ΘΕΜΙϹΟΝΕΩΝ. *Themiſoneorum.* Numus maximæ formæ, ex ære flavo factus, nec opere, nec conſervatione laudabilis 336. grana ponderat. *Tab. XXVIII. N.* 1.

En Stephani Byzantini de Themiſonio verba: *Themiſonium oppidulum Phrygiæ, de quo Artemidorus*: & Pauſaniæ multo adcuratiora: *Themiſſonium urbs ſupxa Laodiceam eſt: incolunt Phryges.* Addit hic: deos ejus gentis proprios ob eam, quam ibidem adfert, cauſam fuiſſe Herculem, Apollinem, & Mercurium, quorum ſtatuæ *Spelaitæ* dictæ a ſpelunca, ad cujus fauces erant poſitæ.

Pauſan. lib. X. cap. 32.

Similem numum ex Occone ſumtum protulit P. Harduinus, in cujus antica Alexandri Severi caput, in poſtica vero tres figuræ, ut in noſtro, Baccho tamen in Mercurium mutato. Hujus regionis, cujus parum meminerunt autores, numi ſunt rariſſimi,

pag. 68. edit. fol.

D. Wren.

XXX. ΑΥΤ. Κ. ΔΕΚ. ΚΑΙΛ. ΒΑΛΒΙΝΟϹ. Caput laureatum Cæli Balbini cum pectoris parte.)(Hercules, & Æſculapius in templo hexaſtylo, & inſcriptio: ΤΑΡϹΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. *Tarſi metropolis.* Numus inſignis maximæ formæ ex ære flavo conflatus, integer, & elegans adpendit grana 524. *Tab. XXVIII. N.* 2.

Tarſus Ciliciæ metropolis Neocora ſub Hadriano primum, tum ſub Commodo dicta eſt, ut adparet ex frequentibus numis aliorum imperatorum, a quibus ſæpe nomen adſumſit. Hujus vero urbis laudes a Buonaroti occaſione numi

Obſervat. hiſtoricæ.


1
Æ
AYKAIM AVANTΩNEINO C
ΕΠΙϹΤΡΤ Λ·ΗΡΩ ΠΑΠΙΩΝΟϹ
A
ΥΠΑΙΠΗ ΝΩΝ
2
AVTKMAVPH ANTΩNEINOCAVΓ
Æ
ΕΠΙΤΑΙΑΚΡΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥΒΥΞΑΝ
ΤΙΩΝ
3
IMP CAES. P. SE PT GETA AVG
F
Æ
VICTORIAE AVGVSTORVM COLANTI
S
R
5
IMP CAES M OPEL SEV MACRINVS AVG
Æ
SECVRITAS TEMPORVM
S C
4
D
ΠΟΥ. ΠΕ ΓΕΤΑϹ Κ
Æ
ΔΕΙΗ ΗϹΗ
ΝΩΝ

mi Antinoi multis jam recitatas, & a Strabone *lib. XIV.* collectas, nequaquam hic recinam.

Templum Herculis, & Æſculapii in averſa indicatum a Balbino ædificatum eſt, vel reſtauratum.

Numi maximæ formæ hujus imperatoris ejus ſunt raritatis, ut nonniſi unus alter pariter Tarſi, ſed diverſo typo percuſſus, numus e muſeo Magni ducis Hetruriæ depromtus comparuerit adhuc.

Ejusdem.

XXXI. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. ΑΥΓ. Protome Gordiani laureata.)(Duæ figuræ ſtantes, dextras conjungunt, altera velata, ad cujus pedes rota, altera cum cornu copiæ, præ qua ara: epigraphe: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΔΙC. ΝΕΟΚΟΡΩΝ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Perinthiorum bis Neocororum Smyrnæorum Concordia.* Numus magnæ formæ ex ære flavo 408. gran. adpendit. *Tab. XXVIII. N.* 3.

Cum nemo, quod ſciam, numum prodiderit, in quo Smyrnæ, & Perinthi concordia, ut in noſtro, repræſentaretur, de utraque mihi diſſerendum foret, niſi Smyrna urbs eſſet Aſiæ hodiedum etiam adeo nota, ut eam præterire poſſim facile, & me tantum circa Perinthum diffundere, de qua civitate non conveniunt autores: Stephanus Byzantinus enim ita habet: *Perinthus a Perintho Epidaurio, qui cum Oreſte militavit; eſt vero urbs Thraciæ.* Ammianus autem ab Hercule in ſocii gratiam ædificatam vult, & Tzetzes ab eo Mygdoniam adpellatam, Zoſimus autem Heracleæ nomen habuiſſe, & Triſtanus illud retinuiſſe usque ad Gallie- *Ammian. Marcell. lib. XXII.* *Lib. XVI.*

num cenſet: urbem hanc multis, & exacte deſcripſit Diodorus Siculus. Habebat hæc etiam ſub Gordiano Pio, juxta Vaillantium, fœdus cum Epheſina urbe Smyrnæ vicina, quæ ambæ a Thracia, ubi Perinthus, magno maris intervallo ſeparantur, atque non minora, quam illa, ſunt emporia, nec minus celebrata.

Duarum figurarum altera cum rota fortuna eſt Smyrnam deſignans, altera cum cornu copiæ, & ara Perinthum indicat, cujus vicinia, Herodoto teſte, ferax admodum, & amœna aquis mineralibus, ſalubribusque abundat maxime.

Lib. IV.

Ejusdem.

XXXII. IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. Caput Gordiani Pii laureatum.)(Victoria cum palma, & lauro: inſcriptio: VICTORIA. DOMINI. ANTI. COL. S. R. Numus integerrimus, valde craſſus, ex ære flavo conflatus. *Tab. XXVIII. N.* 4.

Numus ſingularis eſt ob inſcriptionem: *Victoria Domini Antiochenæ Coloniæ.* Victoria eam forſan denotat, quam Gordianus de Parthis reportavit.

Vaillantius bene, ac ſapienter Antiochiæ Piſidiæ adjudicat numos, qui referunt S. R. *Senatus Romanus.*

In Colon. Tom. I. pag. 158.

Ejusdem.

XXXIII. AYT. KAI. IOY. ΦΙΛΙΠΠΠΟΝ. EYT. EYC. CE. Π. Π. *Imperatorem Cæſarem Julium Philippum Felicem Pium Auguſtum Patrem Patriæ.* Caput Philippi radiatum.

tum.)(Hercules luctans cum Antæo gigante, & epigraphe: ΤΑΡCΟΥ. ΤΗC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. *Tarſi Metropolis:* aliæ inſuper literæ adſunt A. M. K. Γ. B, quas inferius explicabimus. Numus maximæ formæ integerrimus adpendit 360. grana. *Tab. XXVIII. N.* 5.

Imperatoris nomen accuſandi caſu expreſſum, & Felicis titulus, alteri Pii præter morem antepoſitus, numum ipſum reddunt magis ſingularem. Tarſus autem id diſcriminis forſan adſumſit, ut indicaret, pacem feliciter confectam a Philippo cum Sapore Perſiæ rege, cui felicius etiam permiſſam ante Armeniam, & Meſopotamiam ademit, ut Romano ſenatui obſequeretur, id quod fortaſſis deſignat Hercules cum Antæo luctans: etenim ſub illo Philippus, ſub hoc Sapor, qui, juxta Zonaram, gigantææ erat ſtaturæ, poſſet repræſentari. Literas A. M. K. B. Γ. a diverſis autoribus diverſimode lectas ita explicuit Triſtanus, & Patinus: *Amanicæ Ciliciæ*, atque τὸ B. Γ. ille pro anno II. habet, hic ſe ignorare ingenue fatetur harum literarum ſententiam. Vaillantius legit: *Metropolis Ciliciæ*, alibi autem: Πρώτης Μόνης. Κιλικῶν. *Primæ ſolius Cilicum*: verum hæc lectio non ita placet, ut prior, ob inutilem repetitionem vocis *Metropolis.* Aliter eas evolvit acutus Harduinus, nimirum: Αμφοτέρας Κιλικίας. Γερουσίας Βουλῇ: *Utriusque Ciliciæ Senatus conſulto.* *In Græcis pag 83. & 112.*

Quamvis autem hæc ſententia primo intuitu videatur probabilis, adtentius tamen examinata nimium adparet infirma, cum ſi literas ſpectemus, quæ in numis etiam Anazarbi ſolent occurrere, tum ſi ipſa ejus autoris con-

ſideremus argumenta, quæ non niſi ex conjecturis componuntur. Alia tandem & mihi magis probata ratione expoſuit Vaillantius de Anazarbo agens, ità ſcilicet: *Tarſi*, vel *Anazarbi Metropoleos Primæ ſolius Ciliciæ*. Nam & ambas urbes de principatu contendiſſe ſcimus, & adjecti tituli *ſolius* exemplum habemus in numis Epheſinis: *Epheſiorum, qui primi, & ſoli ſunt* Aſiæ. Ita etiam, meo quidem judicio, legi poſſet: Αγχιαλης Μοψεϛιας κοινον. *Tarſi Metropoleos, Anchiales Mopſueſtiæ Commune*. Βȣλη Γερȣσίας. *Senatus conſulto*. Verum tunc dicere oportebit, Tarſum, & Anazarbum jurgiis dimiſſis ita reconciliatas eſſe, ut neutra celebraret concilium, quin reliquæ duæ concurrerent, quæ, utpote liberæ, & propriis legibus utentes, eandem dignitatem adfectabant.

In Græcis pag 251.

Loco citato pag. 209.

Tarſum prætereo, cum alioquin ita nota ſit, ut eam deſcribere cenſeam ſuperfluum.

TABULA XXIX.

Ejusdem.

XXXIV. M. ΩTAKIΛI. CEBHPA. CE. *Marcia Otacilia Severa Auguſta*: Caput Otacillæ.)(Tres furiæ cum adtributis, & inſcriptio: ΛAOΔIKEΩN. NEΩKOPΩ.... *Laodicenſium. Neocororum.* Numus admodum eſt conſervatus. *Tab. XXIX. N.* 1.

Fuit hic ſignatus Laodiceæ in Phrygia, aut, juxta alios in Caria, ad Lycum fluvium ſitæ. Averſam numi partem protulit jam, atque explicavit Cl. Seguinus in numo Philippi junioris filii Otacillæ.

Select. numis.

Ejusdem


2
ΑΥΤΚΔΕΚ ΚΑΙΛΒΑΛΒΕΙΝΟC
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC
TAPCOY
Æ
1
ΑΥΚΓΙΟΥΟΥΗΡΜΑΖΙΜΕΙΝΟC
ΘΕΜΙCΟ
ΝΕΩΝ
Æ
3
ΑΥΤΚΜ.ΑΝΤΓΟΡΔΙΑΝΟCΑΥΓ
ΟΜ ΟΝ ΟΙ Α
Æ
5
ΑΥΤΚΑΙΙΟΥΦΙΛΙΠΠΟCΕΥΤΕΥCC
Π Π
ΤΑΡCΟΥΤΗC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC
ΑΜΚΓ
Æ
4
IMPCAESMANTGORDIANVSAVG
F
VICTORIADOMINIANTICOL
S R
Æ

Ejuſdem.

XXXV. ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕ. ΚΥ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΔΕΚΙΟC. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Trajanus Decius.* Caput Decii radiatum.)(Imperator equitans equuleum ſinu complectitur, ante quem miles minitans: epigraphe: CΑΜΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΙΩΝΙΑC. *Samiorum primorum Joniæ.* Hujus numi conſervatio eſt optima, opus mediocre, & pondus 300. gran. *Tab. XXIX. N.* 2.

Parva illa equi imago, quam eques præfert, difficilem adeo, atque arduam facit numiſmatis totius explicationem, ut, poſtquam diu hæſiſſem dubius, de re omni ad eruditorum judicium transferenda cogitarem; attamen ſuppetias venit adcuratiſſima Trajani hiſtoria apud Pomponium Lætum, quæ ſequentibus animadverſionibus locum dedit.

Cum numus ſit maximæ formæ, atque quam plurimos exhibeat titulos (unico *Auguſti* excepto, quem Romæ primum obtinuit a ſenatu) facile inducor, ut eum a Samiis percuſſum credam, quamprimum electi modeſtiſſimi hujus principis nuncium perceperunt, ut eidem gratularentur de facto non minus laudabili, quam antea inſolito: etenim invitus minis, atque vi ab exercitu Illyrico ad ſuſcipiendam ſupremam imperii poteſtatem, teſte laudato Pomponio, fuerat compulſus: *Renuentem, ac repugnantem ſtrictis enſibus coegerunt*: id quod hic optime ſane exprimitur; nam intentata vis e ſublata minitantis militis manu, obſequium vero elucet aperte ex nudo ejusdem capite, qui ob trabeam dependentem, haſtam, aliaque dignitatis ſigna, non e communi militum globo, ſed e præcipuis ducibus electus videtur,

tur, ut imperatorem pro univerſo exercitu adloqueretur: quin imo ipſa imperatoris effigies aliquam ex rei inſolentia obſtupeſcentis ſpeciem offert.

Novus præterea, & ſingularis ille typus equulei orientem reſpicientis Decii chlamydi prominente opere impreſſus certiorem facit noſtram ſententiam: nota enim hæc mira quidem eſt, & inſolita, verum etiam neceſſaria, ne numum hunc cum aliis obviis *Adventus Auguſti* confunderemus, ſicut Cl. Vaillantiun feciſſe reor in numo ſimili quidem, ſed in ea forſan parte detrito, quæ hoc exhibebat diſcrimen, in quod alias certe inquiſiviſſet eruditus autor. Equitatum, præcipuum belli nervum, rebellaturum fuiſſe, niſi juſtis ejus petitionibus ſatisfaceret Decius, hoc typo denotari exiſtimo.

Vaill. in Græcis p. 169.

Sami urbis ſatis notæ deſcriptionem omitto, quæ a Decio magnis beneficiis cumulata fuerit, cum plures ei, quam imperatorum ulli alteri, numos percuſſerit. Vaillantius refert originem tituli *Primorum Joniæ*, qui etiam in numis Gordiani Pii comparet.

V. Græc. pag. 210.

Ejusdem.

XXXVI. Caput Voluſiani laureatum, & in orbem literæ plures ſcalptoris inſcitia confuſæ, de quibus inferius.)(Aquila cum epigraphe: COL*onia*. AVG*uſta*. TRO*adenſis*. Numus optime conſervatus mediocris ſolum artificis manum præſefert. *Tab. XXIV. N.* 3.

Nec a re noſtra alienum erit, nec absque ſingulari utilitate attentius perſcrutari miram anticæ inſcriptionem, ut moneta-

netariorum quorumdam negligentiæ ſit monumentum, etſi id dandum videatur infelicium illorum temporum perturbationi, quibus non Troas ſolum, ſed & Aſia univerſa a Scytharum, Perſarumque furore igne, ferroque vaſtabatur. Literæ inprimis omnes æquali ſemper intervallo diſtantes, nec ullis punctis diviſæ unicum ſolum vocabulum conſtituere videntur: S in fine nominis imperatoris omiſſum in nomine ipſo male iteratur: deeſt Auguſti titulus, qui tamen unico A ante F notato poterat indicari: corruptum tandem nomen IOLVSSIANV. oſtendit artificem Græcæ ſoſum linguæ peritum fuiſſe, qui vim literæ Υ. ejus ſcilicet oni, quem, ut pura vocalis, habet, per Latinam I. exprimendam cenſeret. Ex his itaque omnibus merito concludo, veram epigraphen. IMP. C. VIB. GA. FIN. VOLVSIANVS. *Imperator Cajus* (non Cæſar) *Vibius Gallus Finnius Voluſianus*: in mendoſam illam, & miram numi inſcriptionem fuiſſe mutatam. Literas enim FIN. cum Harduino potius lego *Finnius*, quam cum Vaillantio *Finnicus*, quia tituli non ſolent nominibus præponi. (rr) De Colonia Troadenſe * Vaillantium conſule in Trajani, aliorumque imperatorum numis, ut etiam de Aquila.

V. Zoſimum lib. I. Numis imp. Tom. II. p. 351. In colon. Tom. II. pag. 220. pag. 841. fol. Edit. in colon.

* Nota: Trojam hanc non eſſe antiquam illam celebrem aut alteram Alexandri Sigeum inter promontorium, & Lectum, ſed recentiorem quatuor milliaribus a veteri diſtantem, quæ in Phrygia eſt, ut altera Alexandri

SVL-

(rr) Ut poſtrema autoris contra Vaillantium obſervatio eſt quam adcuratiſſima, ita eum in lectione FINII Cl. Barthelemy cum iis, qui poſt Harduinum: *Cajus Finnius Gallus Vindex*: ea literarum compendia, quæ tam in Græcis, quam in Latinis hujus imperatoris numiſmatibus occurrunt, interpretabantur, erraſſe oſtendit: Tom. XXXIII. ſeu poſtremo, quem habemus: *Memoires de l'Academie*

SULPITIUS ANTONINUS.

Ill. Comitis Pembrock.

XXXVII. ΑΥΤΟΚ. ΣΟΥΛΠ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. ϹΕ. *Imperator Sulpitius Antoninus Auguſtus:* caput juvenile laureatum.)(Lapis in templo hexaſtylo, & epigraphe : ΕΜΙϹΩΝ. ΚΟΛΩΝΙ. ΕΞΦ. *Emiſenorum Coloniæ* anno 565. Numus magni æris, imaginis magnitudinem adæquans, antea erat D. Maſſon. *Tab. XXIX. N. 4.*

En, lector erudite, adcuratam cælaturam ſingularis atque unici numiſmatis, cui, utpote conſervationis optimæ & certæ antiquitatis, nemo fidem denegaverit. Exhibet hoc altera ex parte Sulpitium Antoninum ignotum hactenus imperatorem, ut arbitror, non tyrannum: ex altera vero parte hunc, juxta calculum Cl. Cardinalis Noriſii, anno 1006. V. C., primo ſcilicet Valeriani, & Gallieni, quo Æmilianus eſt interfectus, vixiſſe oſtendit annus 565. in moneta ſignatus, atque in Syria quidem regnaſſe demonſtrat eidem averſæ impreſſum templum Solis dicti Elagabali per lapidem ovatum deſignati, qui Emiſenorum in urbe facta a Caracalla colonia adſervabatur. At quis tandem Sul-

De epoch. Syrom. diſſ. II. §. 3. *De deo Elagabalo vide Jac. Oiſel. Theſaur. pag. 182.*

---

des inſcriptions, & des belles léttres pag. 606. ex pluribus marmoribus *Novi Theſauri Muratorii pag.* CCLIII. En horum aliquod XX

In Sancti Petri extra Spoletum.

IMP. CAES. C. VIBIO AFFINIO.
GALLO. VELDVMNIANO. VOLVSIANO.
PIO· FEL. AVG. MAX.

Sulpitius iſte Antoninus? Zoſimus unicus eſt, qui duos Antoninos tyrannos obiter indicat: horum alter ſub Alexandro Severo a militibus electus eſt poſt occiſum Ulpianum præfectum prætorii, verum poſtea in remotis locis ſe abſcondit omnibus ignotus. Alter ſub Gallieno vixit, quem eum eſſe, de quo quærimus, ſuſpicari poſſumus, etſi admodum dubie, cum hæc ſolum prodiderit Zoſimus: „ Gallienus in Italiam, Scythas expulſurus, redivit ea tempeſtate, qua Cecrops Maurus, Aureolus, & Antoninus, aliique multi rebellarunt, at omnes, unico Aureolo excepto, ſeditionis ſuæ pœnas dederunt. An hæc ad ſententiam de Antonino ferendam ſufficient? Minime profecto: ejus itaque hiſtoriæ ex numo partim, partim ex probabilibus conjecturis contextæ breve compendium adjiciendum reor.

Primum conſtituo Antoninum hunc aliquod jus in imperium habuiſſe ob affinitatem, utpote Memmiæ uxoris Alexandri Severi fratrem, & Sulpitii viri conſularis filium, quem eundem eſſe cenſeo cum Mariano cæſare, apud Dexippum memorato, & Sulpitium Marcianum ſimul nominatum. Fuerat hic quidem, ſi Herodiano credimus, ſucceſſor deſignatus ab Alexandro, verum ſubinde juſtas ob cauſas morti datus, & filia Memmia in Africam expulſa; jam vero me non admodum aberraturum puto, ſi Sulpitium Antoninum etiamnum puerum cum ſorore Memmia abiviſſe adfirmavero, qui in Syriam conſanguineorum ſuorum patriam ſubinde redux imperator ſalutari, atque verus imperii hæres proclamari voluerit annos fere 25. natus, ut ex numo ea occaſione cuſo adparet, a militibus vero Antonini nomen obtinuerit, ut ſuam oſtenderet originem a Ca-

Lampridius in Alex. pag. 346. Edit. Maire.

Ibid. pag. 376. lib. VI.

 raçalla

racalla deductam per Elagabalum, & Alexandrum, quibus non unico matrimonii ſororis Memmiæ vinculo conjunctus fuiſſe videtur, cum & ejus, & Alexandri pater adpellaretur Marcianus.

Zoſimus loco citato.

Deinde ſi verum eſt, quod Zoſimus non absque confuſione quidem narrat, Antoninum ſcilicet domitum, atque occiſum fuiſſe anno 1012. V. C., quo Gallienus Romam redivit, Valerianus autem a Perſis captus eſt, regnaverit ille in Syria quinque, aut ſex fere annos, qui inter eum annum, & alterum in numo adnotatum intercedunt, ſub mortem enim Alexandri Severi ſeptennem eum facio.

* Urbs hæc, juxta Pollionem in Gallieno, paulo poſt a Baliſta funditus eſt diruta. *Herodian. lib. V. p. 124. Politian interpret. Edit. Gryph.*

Ibid. pag. 123.


Emiſam *, & deum Elagabalum ſilentio præteribo, utpote ab eminentiſſimo Noriſio, & ab erudito Vaillantio ſatis diſcuſſum, contentus unico Herodiani loco, quo lapidem hunc explicat, & eum nec propter formam, nec propter materiam cultum oſtendit, ſed quia de cœlo delapſus putabatur, Solis imaginem a natura ipſa effictam referens: *Lapis*, inquit, *eſt maximus ab ipſo imo rotundus & ſenſim faſtigiatus propemodum ad coni figuram. Niger lapidi color, quem etiam jactabant, cœlitus decidiſſe. Eminent in lapide quædam, formæque nonnullæ viſuntur, ac ſolis imaginem illam eſſe affirmant, minime humano artificio fabrefactam.* Luna, quæ templo præfigitur, Urania eſſe videtur, ut a Carthaginenſibus colebatur, quam Elagabalus deo ſuo datam uxorem templo forſan impreſſerit.

Non diſplicebit lectori, ſpero, laterculum, in quod genealogiam imperatorum conjeci, quos noſter Antoninus affinitate contingebat. Initium duxi a genealogica tabula Caracallæ, cum ejusdem Antonini affinitas cum Elagabalo,

&

& Alexandro Severo nota jam ſit: quæ omnia majorem dictis lucem adfundent.

Genealogia Caracallæ, & Getæ ex Ælio Spartiano deſumta.



Obſerva Spartianum in vita Severi ita habere : *Avus maternus Macer ; paternus Fulvius Pius fuere* ; quod ita emendandum: *Avus paternus Macer ; maternus Fulvius Pius fuere.* Etenim nomen paternum, & avitum præponi ſemper ſolet materno, nec dubitari poteſt, quin Fulvius Pius Fulviæ Piæ pater fuerit.

Genealogia Elagabali, & Alexandri Severi

e variis, qui indicantur, autoribus, & e numis excerpta.

Baſſianus ſacerdos ſolis in Syria.
Aurelius Victor.

Avitus, ſeu Julius Lupus ſacerdos ſolis. — Julia Mæſa ſacerdos ſolis. — * Julia Pia, ſeu Domna. — Severus imp.

Julia Soæmia uxor Vari Marcelli. — Varus Marcellus Syrus ſacerdos frater Geneſii. *Dio & Victor.* Geneſius — Marcianus Syrus frater. *Dio.* — Julia Mammæa. — Claudius Julianus alter maritus. *Triſtan.*

Elagabalus ſacerdos ſolis, & imperator. — Julia Paulla I. uxor. Julia Aquilia II. uxor. Annia Fauſtina III. uxor.

Theoclia ſoror Alexandri. *Jul. Capit.* * Sulp. Memmia prima uxor. *Lamprid.* — Alexander Severus imp. — Saluſtia Barbia altera uxor. *Numi.*

Genealogia Sulpitii Antonini imp.

e Lampridio, Herodiano, & numis compoſita.

CATVLLVS.
Lamprid.

Sulp. Marcianus Cæſar.
Lamprid.

Alexander Severus imp. — * Sulpitia Memmia prima uxor. *Numi Goltz. & Lamprid.* Sulpitius Antoninus imp. frater Memmiæ, ut ex numo deducitur.

Sul-

Sulpitium hunc Marcianum cæſarem eundem eſſe cum Vario Macrino Alexandri Severi conſobrino, de quo Lampridius *, atque Varium Sulpitium Marcianum non Marinum adpellatum judico, quæ quidem nomina eum Syrum produnt, & proxime affinem, aut nepotem etiam Vari, aut Varii Marcelli, & Geneſii Marciani patrum Elagabali, & Alexandri Severi (ss).

* In Alex. *Varium Macrinum affinem ejus p. 385. ed. Maire.*

XXXVIII. M. CASS. LAT. POSTVMVS. P. F. AVG. Caput Poſtumi radiatum.)(Tropæum cum epigraphe: . . . . . MAN . . . VS. MAXV. *Germanicus Maximus.* Numus admodum craſſus, ſed operis rudis. *Tab. XXIX. N.* 5.

Moneta hæc unica D. Benedetti refertur ad victoriam Germanicam, de qua Pollio: *Siquidem nimius amor erga Poſtumium omnium erat in Gallica gente populorum, quod, ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanorum in priſtinam ſecuritatem revocaſſet imperium.* Fere ſimilem numum, e quo alii ſuos deſumſere, retulit Triſtanus, ſed in multis tamen diverſum a noſtro, qui proinde longo ſermone diſcutiendus eſſet. Illud unum ſufficiat, e tropæo ab omnibus hactenus viſis diverſo eminere flores quosdam, lilia forſan, aut roſas. Optandum eſſet, ut numi hujus dominus eum explicandi curam in ſe ſuſciperet; quod quidem nunquam, atque illud etiam diffi-

In Poſtum. pag. 530. Edit. Maire. Tom. III. pag. 161.

(ss) Vide, quæ Ill. Baro de Baſtie ad ſubruendam hanc parum firmis conjecturis nixam genealogiam congeſſit in libro P. Jobert Soc. Jeſu: *La ſcience des Medailles. edit. Pariſ. 1739. Tom. II. pag. 357. & ſeqq.*

difficulter obtinere potui, ut eum hic quam adcuratiſſime cælarem.

D. Kemp.

XXXIX. MACRIANVS. NOBIL. CAES. Caput juvenis Macriani radiatum.)(Tria ſigna militaria cum inſcriptione: FIDES MILITVM. Numus argenteus eſt, & optime conſervatus. *Tab. XXIX. N. 7.*

pag. 550. Edit. Maire. V. Zonaram in Gallieno. Pollio de hoc Macriano ita: *Matre nobili, patre tantum forti, & ad bellum parato, atque ab ultima militia in ſummum perveniente ducatum, atque ſplendore ſublimi.* Macrianus pater, tranquillis orientis provinciis Quieto filio natu minori relictis, inde in Illyricum, ſeu ad limites Thraciæ comite primogenito Macriano, qui paternam æmulabatur bellicam virtutem, cum exercitu quadraginta quinque millium movit, quo Domitium Domitianum Aureoli ducem aggreſſus eſt, verum ab eo victus ipſo in conflictu ſimul cum filio periit, eodem Pollione teſte. Numiſmatis noſtri rariſſimi inſcriptio militum fidem, atque amorem in hunc principem oſtendit, tria autem percuſſa ſigna legionaria totidem deſignant, arbitror, *Treb. Pollio in Gallien.* legiones illi addictas. Macrianus hic imperator ſalutatus una cum patre, & fratre anno V. C. 1014. Coſſ. Gallieno, & Voluſiano, paucos ſolum regnavit menſes.

XL. IMP. C. CLAVDIVS. AVG. Caput Claudii Gothici radiatum.)(Imperator eques, & inſcriptio: ADVENTVS. AVG. Numus hic mei muſei conſervatus eſt optime. *Tab. XXIX. N. 6.*

Cu-


1
ϹΕΒΗΡΑϹϹ
E Æ
2
ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ
Æ
ϹΑΜΙΩΝ
3
IMP C VIB AFINIO L VSSIANV
D Æ
COL AVG TRO
4
ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕ
Æ
ΕΗΦ
5
E
Æ
6
IMP C CLAVDIVS AVG
C Æ
ADVENTVS AVG
7
C
NOBIL CAES
FIDES MILITVM
ÆR

Cuſum eum exiſtimo Claudio poſt internecione cæſum Gothorum triginta duorum millium exercitum, & claſſem bis mille navium, ſi Pollioni fides eſt, disjectam, deſtructamque, Romam reduci. Quamvis vero nemo autorum hujus reditus meminerit, illum tamen, numi hujus autoritate, Sirmium, ubi peſte contabuit, alterius expeditionis gratia profectum puto.

Monetam hanc nec Mediobarbus adnotavit, nec quisquam alius mihi notus: Vaillantius tamen maximæ formæ numum profert ejusdem imperatoris, & typi, quem in muſeo Julii Florentii patricii Romani conditum fuiſſe ſcribit.

TABULA XXX.

Ill. Ducis de Devonshire.

XLI. . . . . CLAVDIVS. AVG. Caput Claudii radiatum.)(Mulier ſtans cum cornu copiæ dextram extendens ſupra puellam præ ſe pariter ſtantem: epigraphe: FECVND. . . . . G. *Tab. XXX. N.* 1.

Quamvis numismatis hujus, etſi optime conſervati, inſcriptio integra nec in antica, nec in poſtica parte legi poſſit, nemo tamen dubitaverit, quin prima ita complenda ſit: IMP. C. CLAVDIVS. AVG., altera vero FECVNDITAS. AVG. Plurimi veteres autores, & recentiores omnes Conſtantinum M. ita deducunt a Claudio: Claudius Quintillus, & Criſpus fratres erant, e cujus poſtremi filia

Flavii Eutropii uxore natus eſt Conſtantius Chlorus pater Conſtantini. Cum vero numus Claudii filiam etiam indicet, ſcriptores adtentius perſcrutatus reperi Trebellium Pollionem, & Eutropium *, qui ei uxorem fuiſſe adfirmant, atque Zonaram, qui eum avum Conſtantii Chlori per filiam dicit: Pomponius Lætus apertius loquitur: *Ille* (Chlorus) *natus eſt Patre Eutropio Romanæ gentis nobiliſſimo, qui genus ab Ænea deducebat, & matre Claudia, Claudii Auguſti filia.* Numum itaque hunc a ſenatu in honorem filiæ Claudii cuſum fuiſſe eſt probabile: quare Magni Conſtantini ſanguis a Claudio non per Criſpum ejus fratrem, ſed per filiam Claudiam eſt deducendus.

* *Conſtantius per filiam nepos Claudii traditur. Eutrop. lib. IX.*

XLII. IMP. C. M. AVRELIVS. CL. QVINTILLVS. AVG. Caput Quintilli radiatum.)(Victoria cum palma, & lauro: inſcriptio: VICTORIA. AVG. Numus vix aliquid ab ætate perpeſſus. *Tab. XXX. N.* 2.

XLIII. Caput & inſcriptio, ut ſuperius.)(Mars gradiens cum haſta ſpoliis onuſtus: epigraphe: MARS. VLTOR. Numus, & conſervatus, & viridi vernice tectus: ambos hos ipſe poſſideo. *Tab. XXX. N.* 3.

Mirum eſt profecto autores omnes, unico excepto, teſtari Quintillum 17. ſolum diebus, aut ad ſummum 20. regnaſſe, cum tamen in ejusdem numis plusquam 40. diverſæ poſticæ inveniantur, uti *Fides Militum, Concordia Exercitus, Liberalitas, Pax* &c. Quid enim harum laudum mereri potuit ille, cui vix aliquid agere ob temporis anguſtias licuit? Admirationem auget *Conſecratio*, eorum ſen-

ten-


1
C.
Æ
2
IMPCMAVRCLQVINTILLVSAVG
C.
Æ
VICTOR AVG
C
Æ
3
HTOR
4
IMPCCARAVSIVSPFAVG
D
Æ
SPES PVBLICA
S C
Æ
5
C
PRINC PIIVVENTVT
6
D
7
LEGVIIII
ML
Æ
8
LEGVIIII AVG
C
Æ
9
PCARAVSIVSPFAVG
C
RSR

tentiæ falſitatem detegens, qui aiunt Quintillum venis ſibi inciſis periiſſe, ne in Aureliani jurati hoſtis manus incideret: quomodo enim ſenatus hac apotheoſi novi imperatoris offenſam incurrere non timuiſſet? Quintillum autem a militibus interfectum fuiſſe item eſt incredibile, cum nimium recentia, atque magna eſſent Claudii fratris merita. Quid igitur tandem de hujus principis regno ſentiemus? Bellum enim inferre, victoriam reportare, inire pacem, militum fidem experiri, populos liberalitate devincire non ſunt 17., aut 20. dierum opera. At forſan Quintillus magnis jactatus infortuniis, ipſis averſarum Claudii typis uſus eſt, ut & imperator citius agnoſceretur, & ſtipendia militibus diſtribueret? Qua ſuſpicione motus plusquam quadraginta diverſas Quintilli poſticas cum plurimis Claudii numis contuli, ſed duas tantum reperi, quæ eodem typario ſignari potuerint, nimirum: CONCORD. EXERCIT. & FIDES. MILITVM.

Alia exoritur difficultas e comparatis Quintilli capitibus in diverſis numis, quæ 13., aut 14., diverſa typaria produnt, & duorum tantum, triumve artificum manus, ſi modo ſtandum eſt exigua, quam habeo, ſcalptorum recentiorum, pictorumque cognitione: jam vero unicum artificem viginti dierum ſpatio quinque, ſex, aut plura typaria exſcalpſiſſe, quis ſibi perſuadeat? Verum itaque eſſe debet, quod Zoſimus narrat: „ Quintillus pro Claudio fratre imperator ſalutatus paucis poſt menſibus deceſſit, quibus nihil egerat memorabile, & Aurelianum habuit ſucceſſorem. „ Zoſimus autem aliorum ſcriptorum opinionem, quam ipſe adfert, ignorare profecto non

potuit. Huic itaque uni fidem omnem, aliis denegatam, tribuemus, cum illa, quæ intra paucos dies fieri nullo modo potuiſſent, intra aliquot menſes facile ſint executioni data. Quintilli vero apotheoſis eum naturali, & non violenta morte deceſſiſſe comprobat: nunquam enim, ut dixi, a ſenatu divinos obtinuiſſet honores, ſi Aureliani ſucceſſoris fuiſſet inimicus, neque ille unquam violentas ſibi intuliſſet manus, qui, teſte ſcriptorum turma, ingenio ſuo ab omni ambitione alienus pacem ſolam, atque concordiam ſpectabat.

Animadverte, Triſtanum, dum de hac conſecratione loquitur, cenſere nuntium de morte Claudii, & Quintilli, qui obiit Aquileiæ, eodem Romam ad ſenatum tempore relatum eſſe, quod certe fieri non potuit, cum ſenatus Quintillum non antea elegerit imperatorem, quam certum mortui Claudii indicium perceperit: quare autor ſecum ipſe pugnat.

XLIV. IMP. C. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput Carauſii radiatum.)(Spei imago, & epigraphe: SPES. PVBLICA. S. C. Numus hic meus eſt integerrimus. *Tab. XXX. N.* 4.

Ill. Comitis de Winchilſea.

XLV. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput Carauſii, ut in ſuperiore.)(Juvenis ſtans d. ſignum militare, ſ. haſtam tenet: inſcriptio: PRINCIPI. IVVENTVT. Numus

mus vernice rubra tectus vix aliquid ætate deperdidit. *Tab. XXX. N.* 5.

Duo hi numorum rariſſimorum typi mirabiles profecto ſunt in numis Carauſii: primus tamen, in quo *Spes Publica*, tolerandus eſſet, cum ab aliis principibus, qui etiam nullo ſucceſſionis jure imperium adivere, fuerit hæc epigraphe adhibita, quemadmodum a Valeriano, Tetrico patre, Claudio Gothico &c. alterum vero *Principi Juventutis* inſcriptum quis ferat in ejusmodi ſene, qualis Carauſius adparet ex numis: hoc enim titulo, qui ſolis imperatorum filiis, dum cæſares eſſent, concedebatur, nullus unquam uſus eſt Auguſtus, Probum ſi excipias, cujus ſimilem numum adnotavit Mediobarbus, & forſan, ſi id locus permitteret, graviores adferre poſſem rationes pro numo Carauſii, ſi cauſæ proferendæ eſſent, ob quas Probo ſignatus ſit iſtiusmodi. En igitur de adlatis averſis partibus conjecturas quasdam: imprimis vel Carauſius per omnes gradus, qui ad imperium ducunt, aſcendere voluerit, quaſi legitimus ſucceſſor, vel Allectum, cui, teſte Aurelio Victore, ſecundas a ſe imperii curas commiſerat, eo typo reſpexerit. Si horum nihil probatur, dicere oportebit eum aut ex ſe, aut ex fratre, ſororeve natum filium habuiſſe, quem titulo *Principis Juventutis* honoraverit, ſucceſſoremque deſignaverit: id autem poſtremum mihi videtur omnium maxime probabile, cum figura hujus averſæ ob juvenilem ætatem nec Carauſio conveniat, nec Allecto.

Ill. Ducis de Devonſhire.

XLVI. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput Carauſii laureatum.)(Lupa cum Romulo, & Remo: inſcriptio: RENOVAT. ROMA. Rariſſimus hic numus, & integer ſimiles habet alios parvi æris. *Tab. XXX. N. 6.*

V. Harduin p. 874. Edit. fol. Eumen. Paneg. ad Conſtant.

Inſcriptione: *Renovatio Romanorum*: indicare voluerit Carauſius, ſe providentia ſingulari veterem Romæ gloriam, quæ cum diviſo imperio labi jam jam incipiebat, in Angliam revecturum: numus enim, ut arbitror, cuſus eſt, poſtquam Maximianum omnibus maritimis viribus ipſum impetentem ad pacem ineundam compuliſſet.

Excell. Ducis de Devonſhire, Com. de Winchilſea, & equitis Abdy.

XLVII. Caput priori ſimile.)(Aries, & inſcriptio. LEG. VIII. . . . . IN. & infima numi parte ML. Numus hic raritate præſtat ſingulari, verum multo majori ſequens Excell. Ducis de Devonſhire cum bove, in quo numo ea ſolum legi, quæ in cælatura adnotavi. *Tab. XXX. N. 7.*

Numus Illuſt. ducis de Devonshire huic fere geminus eſt, niſi quod aries contrariam reſpiciat plagam.

Eumenius in panegyrico ad Conſtantium ſcribit: a Carauſio, qui divitias pene immenſas e ſpoliis collectas habebat, Romanam legionem corruptam, ſibique devinctam eſſe: *Ædificatisque præterea plurimis in noſtrum modum navibus, occupata legione Romana, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis* &c. Tria vero, quæ cælavi, numismata ſeductam legio-

gionem octavam docent: cum vero inſcriptionis pars temporis diuturnitate periverit, quas vellem, obſervationes facere non poſſum : eas temen ad aliud tempus, ſi quando melius conſervata moneta comparuerit, rejicio.

Excell. Ducis de Devonſhire.

XLVIII. Caput ut in ſuperiore.)(Bos, & inſcriptio: LEGV..... AVG. Hujus numi modo meminimus. *Tab. XXX. N.* 8.

XLIX. IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput Carauſii laureatum.)(Duarum ſtantium figurarum altera muliebris ſiniſtra tenet ſignum militare, dextram offert militi, qui cum haſta coram illa ſtat: inſcriptio: EXPECTATE. VENI. & in infima parte numismatis RSR. Numus argenteus eſt integer, & rariſſimus, ſed operis mediocris, ut priores. *Tab. XXX. N. 9.*

Militem eſſe reor ipſum Carauſium, qui dextram porrigit genio hujus legionis, a qua expectabatur.

Cum nullam hactenus Allecti (cujus numi, præſertim argentei, rariores ſunt, quam Carauſii) monetam ſingularem viderim, diſputationem de ejus numismatibus ad ſequentes tomos ſepono, contentus duos unicos horum tyrannorum numos adnotaſſe: alterum Carauſii areum in muſeo Comitis de Pembrock, alterum Allecti in pulcherrima aureorum numorum collectione Ill. Comitis de Briſton, de qua inferius diſſeremus. Dum primum hunc tomum finio,

nio, quem tanquam aliorum præludium edo, eruditum lectorem etiam, atque etiam rogo, obteſtorque, veniam mihi det, ſi prolixtate nimia peccavi usquam, aut materiæ illecebris captus, aut innixus autoritati Strabonis: *Ad*
Initio lib. XIII. *hæc exhortatione, & venia opus eſt, ut qui nos legerint, non magis nobis cauſam prolixitatis tribuant, quam iis, qui res antiquas, & claras noſſe cupiunt.*

FINIS PRIMI TOMI.

INDEX,

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Actæus primus Atticæ rex, 164.
ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ *trium numorum inſcriptio*, 64.
Ægina inſula, 224.
Ægyptus tritico abundat, 252.
Agathocles Lyſimachi filius, 148.
Agrippias urbs, 237.
Agrippina mater Caligulæ, 264.
Alexander Bala , 61.
Alexander II. Zebina, 89.
Ejus effigies variis modis repræſentata, 90, 91.
Amaſtris, 144.
Amor, 86, 99.
Typus inſolens in numis regum Syriæ, 86.
Amphictyon III. Athenarum rex, 167, 169.
Amphitus, 240.
Amphora in numis Athenienſibus quid denotet? 172,
Anchora in nota incuſa, & femore regum Syriæ, 27.
Annius Verus, 259.
Antigoni in Phrygiam dominium, 148.
Antiochia ſtructa a Seleuco I., 27.
Antiochus I. 34. *ejus de Gallis victoria*, 37.
Antiochus II., 40.
Antiochus III. 44. *Quare bellum gesſeri cum Romanis?* ibid. *Exercitus illiu CCC millium & amplius*, ibid. *Effeminatus admodum*, 45. *Titulus Magn contra aliquorum opinionem in ejus numis*, 46.
Antiochus IV. 50. *Titulum dei adſumits* 51. *Bellum infert Ægypto*, 50, 52.
Antiochus V. 54. *Fraudes, quæ in ejut numis committuntur*, 55.
Antiochus VI. Sidetes, 58. *Poſt patris mortem rex cum fratre Demetrio*, 60. *Vincit Tryphonem*, ibid.
Antiochus VII. 80. *unicus illius numus in theſ. M. Ducis Hetruriæ*, 81.
Antiochus VIII. 92. *Cleopatram matrem venenum epotare cogit*, 93.
Antiochus IX. 97.
Antiochus X. 103.
Antiochus XI. 104.
ejus numi eximiæ raritatis, ibid.
Antiochus XII. 107.
Antiochus XIII. 109.
Antiochi Commageni, 114.
Antiquitas ſtatuarum , 167.
Antiſſa urbs in notis, 134.
Antiſthenes philoſophus, ibid.
Antoninus Pius, 253, 260.
Apame prima Seleuci uxor, 34.
Apamea urbs cum duabus aliis ſtructa in honorem uxoris Seleuci, 32.

 Apel-

Apellico magni emit Ariſtotelis, & Theophraſti ſcripta, 222.
Apes in numis Athenarum, 188.
Apollonia urbs, 257, 258.
Apollo habitus pater Seleuci, 27, 30. *Summa religione cultus ab regibus Syriæ*, 31. *Etiam ab ultimo*, 110. *Antiochiæ cultus*, 66. *Muliebri forma repræſentatus*, 72.
Archytas philoſophus, 146.
Ariarantides, 228.
Aries cum unico cornu, 198, 199.
Ariſtides, 203.
Ariſtocrates Rhodiorum princeps, 147.
Ariſtophanes, 207.
Arſaces, 151.
Arſinoe Lyſimachi uxor, 148.
Arundines paluſtres, quibus regiones ad Euphratem & Tigrim abundant, 102.
Aſpaſia, 196, 197. *Cauſa illati Samiis belli a Pericle*, 201.
Aſtarte, ejusque apud Sidonios templum, 54.
Athenæ: Qui antiquiſſimi hujus urbis numi, 162, 163, 169. *Nomen a Minerva duxerunt*, 173. *Numi bubonem exhibent*, 159, 215, 216.
Athenienſes ducum ſuorum capita in numis exprimunt, ſed absque nomine ob oſtraciſmum, 199, 200, 202. *Cur Calliſthenis caput ſignaverint in moneta?* 210.
Auguſtus, 245.
Axieros quid ſignificet? 151.
Azizus rex Emiſæ, 126.

B.

Bacchus cultus a Syris, 33. *Ab Ægyptis*, 77. *In numis Athenienſibus*, 185.
Balbinus imperator, 274.
Bembus & Sadoletus primi antiquitatum æſtimatores, 3.
Bœoti populi, eorumque numi, 227.
Bœotus Neptuni filius, 229.
Bos in numis, 31.
Bubo ſupra Athenienſem claſſem, 202. *Alis apertis quid deſignet?* 176. *Cum duobus corporibus junctis?* 199. *Quid duo ſignificent in numo eodem?* 198.
Byzantium urbs, 270.

C.

Cabiri, 151, 254.
Cadmus fundator Thebarum, 231.
Cæſarea ad Libanum quænam urbs? 255. & ſeq.
Cæſarea in concordia cum Cibyratis, 268.
Caligula, 246, 247. *Uni Antiocho Commageno benefecit*, 123.
Calliſthenes philoſophus, 208.
Callimachus auream lampadem pro Minervæ templo elaborat, 201.
Caracalla, 268, 269, 270.
Carauſius, 292. *Filium ſuum, aut fratris, ſororisve habere debuit*, 293.
Carictacus in provincia Vallia, 154. *Captus a Romanis*, ibidem.
Carteia urbs, 241. *Fundata ab Hercule*, 242. *A Cæſare colonia facta.* ibid.

ibid. *Novis colonis frequentata ab Auguſto*, 245.
Cecrops Athenarum rex II. 164. *Primus Athenarum fundator*, ibid. *Ejus numi*, 164, 170. *Matrimonii autor*, 165. *Quare biformis habitus?* ibid. *Origine Ægyptius*, 167. *Quando regnare cœperit?* 169.
Ceres in numis Athenienſibus, 185. *Scrofa ei immolabatur*, 186.
Chalcis urbs, 234.
Chimæra in numo Bœotiæ, 229. *Ad ludos Iſthmicos refertur*, 230.
Cibyratæ concordia juncti Cæſareæ, 268.
Cimon, 204. *Reperit corpus Theſei*, 193.
Cithæron princeps Eubœæ, 232.
Claudius Gothicus, 289.
Clearchus Heracleæ I. tyrannus, 144.
Cleopatra uxor Alexandri I. 68, 69. *Bacchi ſacerdos*, 69. *Subinde uxor Demetrii II.* 68, 79. *Filia Ptolomæi Philometoris*, ibid. *Mater Antiochi VIII.* 94, 95, 97. *Sola, quæ in Syria deæ titulum geſſerat*, 95.
Codrus Athenarum rex ultimus, 178.
Colonia Antiochena, 271, 276. *Emiſa*, 282. *Sinope*, 260, 271.
Commodus, 259, 262.
Conſtantinus Chlorus natus ex filiarum Claudii imp. aliqua, 290.
Contus, quid fuerit? 242.
Corinthus fundator Corinthi, 140, 141.
Corona myrti, 226.
Cortina, 35.
Cranaus Athenarum rex II. 167, 169.
Cychreus heros, 179.

D.

Dardanus urbs, 239. *ubi Achillis ſepulchrum*, ibid.
Dardanus heros, 239.
Dædalia feſta, 233.
Demetrius I., 55.
Demetrius II. 70. *Quare Nicator adpellari voluerit?* 71. *Fratrem amabat*, ibid. *Barbam alit ad patris imitationem*, 75. *Captivus apud Parthos, quo tempore moneta cum ejus effigie ſignata eſt in Syria*, 86. *Liberatus*, 88. *Dictus* Redux *cum barba*, ibid.
Demetrius III., 106.
Deucetius Siculorum rex, 137.
Diana, ei non convenit corona hederæ, 48, 49. *In numis Athenienſium*, 189.
Dictum memorabile Carictaci, 154. *Pompeji M.*, 109.
Dido, 152.
Didrachma Anaphlyſti, 218.
Diobolus, 216.
Dionyſius Heracleæ tyrannus, 141, & ſeqq.
Dioſcuri, Cabiri, Caſtor & Pollux iidem, 78, 258.
Dioſcurias urbs, 240.
Diviſio monetæ Athenienſis, 212.
Dium urbs, 271, & ſeq.
Drachma, 217.

E.

Effigies imperatorum in numis Græcis, cum ipſis vultibus potiſſimum non conveniunt, 12. *Regum Syriæ apud Vaillantium item peccant*, 11, 25.
Elephas cur in moneta Antiochi I.? 37.
Eleuſis parvum Atticæ oppidum, 225.
Eleutheropolis urbs, 266, 268.
Epaminondas occidit Cleombrotum Spartæ regem, 227.
Epiphanes, & Callinicus, 122, 124, 125.
Equulus in nummo Decii, 279.
Erichthonius IV. Athenarum rex, 162, 169, 170.
Errores monetariorum, 280, 281.

F.

Fabri hallucinatur Calliſthenis caput pro perſona habens, atque Athenæum & Suidam corrigens, 209.
Factiones duæ Athenis, 199.
Fauſtina minor, 260.
Filii Antiochi Commageni, 122, 124, & ſeq.
Flavius Clemens, 249.

G.

Galatæ, 253,
Galli laudati de arte militari & eloquentia a Catone, & S. Hieronymo, 255.
Gallorum gallinaceorum pugna, 239, *Athenis*, 220.
Genealogia Caracallæ, Getæ, Elagabali, & Alexandri Severi, 285, 286.
Genetyllis dea partus præſes, 218.
Germe urbs, 30, & ſeq.
Geta imperator, 271, 272.
Gordianus Pius, 275, 276.

H.

Hadrianus imperator, 249.
Hallifax comes autoris herus, 5.
Hannibal, eiusque numus, 152.
Hemiobolus, 215.
Heracleon dolo interficit Antiochum VIII. 93.
Hercules in numis Athenienſibus, 191.
Herodes intimus M. Agrippæ, & Auguſti amicus, 238.
Hierapolis urbs, 63, 64.
Homerus poeta, 207.
Hypæpa urbs, 269.

I.

Jotape uxor Antiochi Commageni, 115, 124.
Jotape filia Antiochi, 116, 127, 128, & ſeq.
Iſis Pharia, 249, 252.
Julia uxor M. Agrippæ, 238.
Julia Pia, 265. *Cur nobiliſſimæ titulo ornata?* ibid.
Julius Cæſar, 241.
Juno Cithæronia, 232.
Juppiter Caſius, 66. *Pluvius*, 181.

ΛΑΚΑ-

L.

ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ, *116, 123.*
Lampo vates, 199.
Laodice mater Seleuci I. 27, 37. Uxor Seleuci IV. 49.
Laodicea urbs, 278. Sacræ, & Aſylæ titulis utebatur, id quod antea ignotum, 94.
Legio VIII. in Anglia Carauſii ætate, 294, 295.
Licas Spartanus, 133.
Livia uxor Auguſti, 238.
Lucius Verus imp., 259.
Lupinus moneta Athenienſis, 215.
Lycurgus Lacedæmoniorum rex, 131. Ab oraculo deus pronunciatus, 132. Templo a ſuis honoratus, ibid.
Lyſandra Ptolemæi filia. 148.
Lyſimachus Heracleæ, 144. Rex Thraciæ, 148, 149.

M.

Macedo, a quo Macedones, 138, & ſeq.
Macrianus junior, 288.
Macrinus imberbis, 273.
Marcus Aurelius, 253, 255, 257, 258, 260.
Maſſon aliquas hujus libri adnotationes ſcripſit, 65, 106, 111, 116, 155, 156.
Maximinus, 273.
Mediobarbus, & Vaillantius optimos numorum indices conſcripſere, 16.
Melitopolis urbs. 211.
Menæ urbs, 137.
Methodus nova numos deſcribendi. 15
Minerva quadrigarum inventrix, 174. Et navium, 187.
Mytilene urbs, 262, 264.
Muſea Angliæ non ante in lucem prolata, 4.
Myrtus Veneri ſacra, 184.

N.

Neptunus a Bœotis cultus, 229.
Nero imp. 247.
Niſibis urbs, 101.
Niſyrus inſula, 235.
Numi, qui eruditionem continent, etſi non rari, magni tamen faciendi, 19. Hujus operis rari omnes, quia nec dum editi, ibid. *Numus Antiochi Evergetis hiſtoriam regum Syriæ corrigit, 58. Cum capite ignoto, 152. Phœnicii, 110.* & ſeqq.

O.

Obolus moneta Athenienſis, 215.
Obſervationes in duos Demetrii II. numos, 85.
Orchomenus urbs, 234.
Oreſtis corpus quomodo inventum? 133, & ſeq.
Oſtorius de Caričtaco victor, 154.
Otacilla, 278.
Oxathres, aut Zathras, 144.

P.

Pagendas Thebanorum dux, 228.
Palici dii, 138.
Pan deus ab Athenienſibus cultus, 211. *Quando primum?* ibid.
Pantheum ſignum, 76.
Pauſanias multa ad Græciam pertinentia omittit, 184.
Pedius quando mortuus? 245.
Pericles, 196. *Artium fautor Athenis*, 198. *Novem victorias retulit*, 200. *Quare galea tectus exhibetur?* 198.
Perinthi & Smyrnæ concordia, 275.
Peſſinuntii, 253.
Pharus Ægypti, 249. & ſeqq. *Quomodo ſtructa?* 250. *Altiſſima*, ibid.
Phædra in numis Athenienſium, 195.
Pherecles legatus Antiochi II. ad Parthos, 151.
Phidias floruit ætate Periclis, 198.
Philippus rex Syriæ, 105.
Philippus pater, imp. 276. & ſeqq.
Philopator rex Ciliciæ, 154.
Platææ, quando ſtructæ? 232. *Quando everſæ?* 233.
Pollybotes gigas, 235.
Pondera auri & argenti Anglica cum Italicis comparata, 21, & ſeq.
Popilius ab ſenatu Romano ad Antiochum IV. miſſus, 50.
Portus Carteiæ, 242.
Poſtumus imp., 287,
Priapus, ſeu phalli, 75, & ſeqq.
Ptolemæus Philadelphus, 250.
Ptolemæus Jubæ filius, 246.
Pugna ad Salaminam, 179.
Pugna gallorum gallinaceorum, 239. *Athenis*, 220.

Q.

Quadrans drachmæ, 215.
Quintillus diutius imperavit, quam paſſim ſcribunt autores. 290.
Quintius Pes, quis fuerit? 244.

R.

Reges Parthiæ, 156, & ſeq. *Reges Syriæ & Ægypti uxorum aut conſanguineorum effigies absque nomine ſæpe in numis conſignaverunt*, 33.
Reges Syriæ tempore Seleuci VI. Meſopotamiæ dominabantur, 102.
Richardſonii adnotatio quædam huic libro inſerta. 139.

S.

Sadoletus, & Bembus primi res antiquas magni fecere, 3.
Saluſtius hiſtoricus, 153.
Samus urbs, 279.
Samoſata urbs, 247.
Sangarius fluvius, 254.
Sappho poetria, 145.
Sardanapalus in numis Tarſi, 89,
Satyrus II. Heracleæ tyrannus. 144.
Seleucia Pieriæ, 68.

Se-

Seleucus Nicator, 25. *Quasdam ab ſe ſtructas urbes in honorem Alexandri Alexandrias adpellavit*, 29.
Seleucus II. 41.
Seleucus III. 43.
Seleucus IV. 45.
Seleucus V. nulli ejus numi inveniuntur, 92.
Seleucus VI. 100. *Patinus ejus numum Seleuco I. adſcribit*, 101. *Vaillantius aliquas numi literas, quas explicare non poterat, e cælatura eraſit*, ibid.
Sinope colonia, 260, 261.
Smyrnæorum & Perinthiorum concordia, 275.
Sophocles, 207.
Soſtratus Gnidius, 251.
Sphinx quid ſignificet? 277.
Statua Minervæ, 178, 79. *A Phidia elaborata*, 177. *Herculis nunc in palatio Farneſio Romæ adſervata, ante Athenis fuerat*, 190.
Stratonice uxor Seleuci, & Antiochi I. 26, 38.
Suetonius icunculam Auguſti Hadriano donat, 3.
Sulpitius Antoninus imp. cujus genealogiam autor primus edidit, 282. *Ejus genealogia*, 285, 286.
Syria quando provincia Romana facta, 109.
Syri, 258.

T.

Tabula ponderum monetæ Atticæ, 214.
Tarſus urbs, 274, 276, & ſeq.
Taurus Marathonius, 193. *Victus & immolatus a Theſeo*, ibid.
Telchius, 240.
Teridates, 150, 151.
Terræ motus maximus in Syria, 108.
Tetradrachmi numi, 219, *ad* 223.
Tetrobolus, 217. *Thaſiorum*, ibid.
Thebæ urbs, 231.
Themiſonium urbs, 274.
Themiſtocles, 201.
Theſeus, 191. *Error eorum, qui hunc primum monetam Athenis percuſſiſſe putant*, 169.
Theſpis poeta tragicus, 205, 206. *Quare hedera coronatus*, ibid. & 208.
Tiberius & Agrippina maxime inimici, 246.
Tigranes, 108.
Timotheus & Dionyſius Heracleæ tyranni, 141 *ad* 144.
Titiana uxor Pertinacis, 246.
Toliſtobogi, 254.
Trajanus Decius, 279, 280.
Tripus in numis Athenienſibus, 196.
Triptolemus in iisdem, 186, 187, 226.
Troas colonia, 280.
Tropæum a ceteris diverſum in numo Poſtumi, 287.
Tryphæne prima Antiochi VIII. uxor, 96, 97.
Tryphon ante dictus Diodotus, 81, 82.

Tyran-

Tyranni Heracleæ. 144.

V.

Vaillantius hallucinatur in numis Seleuci II., 42.

Vas olei præmium in Panathenæis, 176, 194.

Veſpaſianus junior a Domitiano adoptatus, 249.

Venus ab Aſſyriis culta, 76, 77. *Bacchi uxor*, ibid. *Ejus veneratio Aphacæ in monte Libano*, 76. *In numis Athenienſibus*, 181. *Armata*. 182. *Cur ita repræſentata?* 182, 183. *Dicta Urania*, ibid. *Præcipua in ſignis Pantheis*, 76.

Voluſianus imp., 280. 281.

Winchilſea ill. comitis adnotationes in numos Athenienſes, 159, *ad* 236.

Urbes Phœniciæ Demetrio fideles, 74.

Vulcanus in numis Athenienſibus, 184.

Uxor anonyma Demetrii I., 57.

4-B 8627

SPECIAL 84-B
8627
V.1

GETTY CENTER LIBRARY